


N. 10





DISSERTATIO HISTORICA
DE
PROPAGATIONE
RELIGIONIS ARMATA,

QVAM

D APR. MDCCLII.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

H. L. Q. C.

SVMITTENT

P R A E S E S

GOTTHILF TRAVGOTT
ZACHARIAE

PHILOS. ET LIBERAL. ART. MAGISTER,

ATQVE

RESPONDENS

IOANNES GOTTLIEB SCHAELER,

HIRSCHBERGA - SILESIVS

SACK. LITT. CVLTOR.



HALAE MAGDEB.
EX OFFICINA HILLIGERIANA.

DISSERTATIO HISTORICA

DE

PROPAGATIONE

RELIGIONIS ARMATAE

AVCTORE

FRANCISCO

FRANCISCO ERUDITIONIS EXAMINATORE

IN

ALMA MATER

FRANCISCA

GOETTLICH

RECTORIS

UNIVERSITATIS MAGISTRI

RECTORIS

JOHANNES GOETTLICH SCHAEFER

RECTORIS

FRANCISCO

FRANCISCO ERUDITIONIS EXAMINATORE



SERENISSIMO
PRINCIPI
FRIDERICO,
DVCI MEGALOPOLITANO,
PRINCIPI VANDALORVM, SVNERINI ET RATZE-
BYRGI, COMITI SVNERINI ET DOMINO TERRARVM
ROSTOCHII ATQVE STARGARDIAE

ETC. ETC.

DOMINO MEO LONGE CLE-
MENTISSIMO

D D. D.

DVX SERENISSIME!

PRINCIPI



Cui securius me atque studia mea commendem, quam TIBI, scio neminem. Qualemcunque prae aliis praestantiam quaesiuero, in TE deprehendere licet. Omnes, quibus TE penitus cognoscendi fortuna contingit (quis vero TE non nosset, tantum pietatis exemplar?) TE verae religionis mirantur cultorem atque promotorem. Leges, quas ista infert, non optime solum tenes, verum TE eas maximi quoque facere, vita religione tam praestanti dignissima demonstras. Exemplar praestantissimum, quod omnium non modo admirationem, sed imitationem etiam meretur! Sed quo deuenio? Num virtutum illarum eximiarum praecognitionem agam? Minime fieri id potest, cum largissima dicendi copia huic tam graui negotio vix sufficeret, maximaeque iure tribueretur temeritati, dum ego verborum comitate sermonisque suauitate non instructus tale actantum negotium
in

in me suscipere auderem. TE praeterea, Dux
Serenissime, miramur litterarum non amantem
solum atque promotorem, verum & peritum.
TE earum cultores clementissimum suspiciunt
protectorem & adiutorem; & quid principe di-
gnius litterarum perito, quam scientiarum ar-
tiumque culturam omni, qua fieri potest, ratio-
ne sustentare? Merito igitur omnes TVA pro-
tectione gaudentes laetantur, quod summus
omnium rerum rector & moderator in eo digni-
tatis gradu TE constituerit, vt cum voluntate
necessariis id efficiendi polleas viribus. Quid in
principe praestantissimo praestantius desiderari
potest? Ecce, Dux Serenissime, sufficientia ar-
gumenta eo temeritatis procedere suadentia, vt
TVO nomini inscribere TVISque oculis subii-
cere qualemcunque hanc lucubrationem non
erubescam. Forte cum & Philosophiae sanio-
ris & historiarum iustus sis aestimator, non indi-
gnam duplicem hanc dissertationem iudicabis,
quin oculo perlustres fugituo. Nam & Philo-
sophiae & historiae fontes in ea conficienda ri-
mari non neglexi. Dum igitur ea contineat,
quae

quae TVA attentione non sint indigna, id omni,
qua par est, submissione rogare audeo, vt eius
auctorem TVA neque iudices indignum clemen-
tissima protectione. Si quid vnquam in ciuitatis
Christi, rei litterariae patriaeque emolumentum
facere potuero, eo magis felicem me credam,
quo facilius erit, sub tanto promotore littera-
rum cultore digna peragere. Nunquam publi-
cium TVARVM virtutum recordabor, nisi
summa simul veneratione penetratus, quae ardo-
ri meo infinito eo maiores stimulos addet, eo
contendendi, vt, quoad vita frui datur, me de-
monstrem & exhibeam

SERENISSIME ATQVE CLEMENTIS-
SIME DVX,

NOMINIS TVI CELSISSIMI,

*Dabam Halae
in Acad. Frid. XII. Cal. Mai.
M D C C L I I.*

obsequiosissimum & submissum cultorem
M. GOTTH. TRAVG. ZACHARIAE.



§. I.



Inter gentiles nulla exempla habemus bellorum ^{Persecutiones} in alias gentes ethnicas ob fidem propagan- ^{Iudaeis illatae.} dam proprie gestorum. Cum Iudaei verna essent gens, cuius religio cum reliquis nullo fere modo conueniebat, & quae se omnium maxime suis de Deo atque diuinis doctrinis a reliquis distinguebat, in plerorumque quidem populorum odium incurrerunt, sed raro ipsis ob solam religionem bellum fuit illatum. Saepius enim quidem templum eorum spoliarunt, & sacra profanarunt, sed apertum bellum non nisi Iudaeis vim vi repellentibus exinde ortum est. *Antiochus tamen Epiphanes, rex Syriae,* eo contendit, vt religionem Iudaeorum opprimeret, atque Iudaeos ad religionem ethnicorum amplectendam cogeret, recusantes autem ferro & igne perimeret & extirparet, cui se *Iudas Maccabaeus* opposuit, felicique successu contra eum pugnavit. *Antiochum* autem in bello eo acrius apparando occupatum mors impediuit, quo minus persequi id posset. Reliqua regum *Syriae* molimina contra religionem Iudaeorum vel aliis bellis vel intercessione populi *Romani* impedita sunt.

A

§. II.

Persecutiones
Christianorum
primorum.

In Christianos frequentes quidem fuerunt & Imperatorum Romanorum & aliorum regum persecutiones, nunquam tamen hae turbae in bella eruperunt, cum Christiani eam obseruarent legem, vt se nunquam magistratibus suis ylla vi opponerent, sed, quod defensionibus verbis aut scriptis factis fieri poterat, facerent, in reliquis se patienter magistratum suppliciis subiicientes, licet id non diffiteamur, eos vario modo magistratus in se odium auxisse, si e. g. verbis nimis duris & in magistratus iniuriis vsi sunt. De decem persecutionibus Christianorum hic agere, nostrum non est, cum & nimis prolixi essemus, & nihil nisi varios cruciatuum modos recensere possemus, & id a scopo nostro alienum esset, cum praecipuis illa ex historia ecclesiastica sint haurienda. Postquam autem Christianis feliciora tempora apparuerant, multo minus de bellis iis illatis audimus, ipsi enim reliquas religiones opprimere potuissent, vi externa & auctoritate *Constantini M.* qui primus Imperatorum eorum sacra sequi coepit. Mirandum vero non est, eos non tam manifeste id fecisse, cum e diametro doctrinis ipsorum id repugnaret. Interea tamen militari manu ethnicorum templa vastabantur, simulacra ac idola ipsis ablata ludibrio & contumeliae exponebantur, diis sacrificare & vllum cultum exhibere prohibebantur, & multa alia facta sunt, quae Christiano nomine eo minus digna erant, quo magis adhuc ea ethnici in recenti memoria tenebant, quae ipsi contra has violentias, cum ipsis inferrentur, dixerant & scripserant. Haec enim non minus ad ethnicorum religionem pertinebant, vt antequam de falsitate huius cultus conuicti essent, iis vi ista demenda & interdicenda non fuissent. Refert ista *Eusebius vita Constantini M.* l. 3. c. 54. & l. 4. c. 23. 25. Neque minus seueri in haereticos fuerunt, denegando *Nouatianis*, *Valentinianis*, *Marcionistis*, & *Paulianis* omnem tolerantiam, & interdicendo ipsis omnes conuentus & publicos & priuatos, quo multi commoti ad verum cultum Dei reuertebantur, licet *Eusebius* haec facta summis laudibus efferens ipse fateatur, multos spurio & adulterino sensu in ecclesiam irrepsisse,
pro

pro tempore callide dissimulantes. Vid. eius *vita Constantini M.*
L. 3. c. 66.

Haec cum in finem attulimus, vt appareat, neque iis temporibus, quibus vix expectandum fuisset, haec conamina cessauisse, licet *Constantino M.* his doctrinis forte nondum satis imbuto non omnia in malam partem sint vertenda. Missa vero ista facimus, ad ea properantes, quae magis ad finem nostrum faciunt, nec de subsecutis persecutionibus leuibus, praesertim a *Iuliano apostata* Christianis illatis aliquid exponere poterimus, sed ad sec. VII. progredimur, vbi *Muhammedem* nouam religionem vi & armis propagantem videbimus,

§. III.

Muhammedanae religionis historiam completam nemo, vt ^{Religio Mu-} ^{hammedana.} confidimus, hic a nobis expectabit, sed praecipua solum bella ab eius fundatore, illiusque successoribus ob eandem propagandam gesta hic enumerabimus. Prolixae enim eorum descriptioni non disputationis pars sufficit, sed plura requireret volumina. Vt tamen bellorum principia spectemus, paucis notandum, *Muhammedem* initio mercaturae operam nauantem in itineribus frequentibus ipsi ob negotia in *Syriam* atque *Palaestinam* suscipiendis occasionem nactum esse, & cum *Iudaeis* & cum variis Christianorum sectis versandi, cum quibus saepius congressus sermonesque instituit. a) Horum diuersis sententiis inductus de noua religione instauranda cogitauit, praesertim cum ingenio polleret ad quodlibet nato, & maxima ambitione gloriaeque cupidine regeretur, facileque inter ciues suos multos asseclas se nacturum esse sciret. Vfus igitur esse morbo epileptico ferrur, quo saepius corripiebatur, ad persuadendum multis, sibi hac ratione dogmata a Numine reuelari, & ab ipso se prophetam esse constitutum, multosque hac via sibi suaeque religioni nouae assensum praebentes conciliaffe. Quod cum *Meccensibus Coraischitis*, quippe in qua vrbe degebat, suosque errores primum spargebat, suspicionem moueret, ne facta sibi factione de obrinendo imperio cogitaret, ipsum ad abiurationem errorum suorum cogere, vel armis ipsum eiusque asseclas

A 2

coer-

a) Gagnier vie de Mahomed, l. 1. c. 4-6. p. 94. seqq.

coëcere decreuerunt. *b)* Verum *Muhammedani* de eorum consiliis certiores facti, satius duxerunt, fuga se eorum subtrahere infidiis, vnde plerique in *Aethiopiam* abierunt, *Muhammedes* autem prodigiis suis se a persecutione liberasse, multosque doctrinae suae asseclas *Meccae* conciliaffe ferrur. *c)* Innouatis autem persecutionibus a *Coraischitis* tandem *Medinam*, tunc *Yatreb* dictam aufergere fuit coactus. *d)* Haec est fuga s. *Hegira* secunda; quam *Muhammedani* felix, quod putant, huius reformationis auspiciam credunt, a qua annos *Hegirae* numerare ipsi adhuc est solemne.

§. IV.

Bella *Muham-*
medis reli-
giosa.

Muhammede maximam incolarum *Medinae* partem sibi subiectam vidente, atque de eorum constantia non dubitante, de offensione, quam a *Coraischitis* acceperat, vlciscenda cogitauit, ac religionis specie vsus est ad bellum ipsis inferendum, se a Deo missum ad veram fidem inter populos falsum Dei cultum sequentes propagandam dicens. Collecta itaque discipulorum suorum sufficienti manu, atque fortitudine eorum variis occasionebus explorata, *Coraischitas* bello obduxit, multisque in eos, eorumque peregrinantium congregatas manus excursionibus factis, saepius deuicit ipsos, prope *Obod* vero ipse a *Coraischitis* est deuictus; multique apostolorum armatorum hac occasione martyrii honorem sunt adepti *e)*. Saepius dein adhuc manibus collatis, tandem vtrunque de pace cogitare coeperunt, ac *Muhammedes* cum hac tribu inducias fecit decem annorum. Reliquas *Arabum* tribus de diuina sua missione armis facile conuicit, sibi que subiecit *f)*. Contra *Judaeos* quoque arma tulit, eorumque urbibus expugnatis ad religioni suae assentiendum compulit. Quibus deuictis, contra *Graecos* *Christianos* exercitum duxit, atque in praelio manibus collatis, victor euasit. *g)* *Coraischitis* pacis foedus violantibus, *Meccam* copias duxit, ac urbem illam breuibus expugnauit, nouamque religionem introduxit, praefectos constituens, qui, vt ei conuenienter

b) l. c. p. 117. *c)* l. c. p. 119. seqq. *d)* c. l. p. 275. seqq. *e)* l. c. p. 353. *f)* l. c. P. II. p. 13. *g)* l. c. p. 92.

ter cultus Dei publicus institueretur, inspicere deberent. b) In subigendis reliquis Arabibus ipsi non defuerunt felices successus, iterumque contra Graecos arma portans multos vel conuerit vel stipendiarios fecit. i) Morte impeditus vltioris gentium conuersionis gloriam successoribus relinquere fuit coactus.

Qui prolixius haec narrata reliquaue vitae *Muhammedis* momenta notatu digna scire cupit, adeat vitae eius historiaeque *Arabicae* scriptores, quo inter recentiores praecipue pertinet *Gagnierii* *vie de Mahomed*, quem hucusque secuti sumus, cum ex optimis *Arabiae* scriptoribus eam composuerit, & *Prideaux* *Life of Mahomed*. *Boulainvillierius* etiam vitae *Muhammedis* historiam conscripsit, quae vero encomium potius *Muhammedis* eiusque religionis ex odio in religionem Christianam proueniens quam vitae descriptio historica & accurata dici potest. *Marigny*, Abbas *Gallicus*, historiae suae *Arabum* Gallice conscriptae vitam quoque praemisit *Muhammedis*, sed praeter multos errores historicos, qui ex parte recensentur in ephemeridibus inscriptis: *iuverläsige Nachrichten* etc. part. CXLIII. ordinem Chronologicum rerum a *Muhammede* gestarum nullo modo rite obseruauit. Nec mirum, cum *Oekelius* historiam suam non nisi a *Muhammedis* obitu incipiat, quam tamen auctor, licet eiusdem nunquam meminerit, in iis, quae ibi descripta sunt, optime in usus suos adhibuisse videtur, quod utique approbandum, cum, ut ipse fateatur, ex genuinis fontibus haurire non potuerit, si sine maximo rei literariae damno eius historia carere non potuisset. Scriptor postremo loco allegatus, cum haec bella religionis causa gesta enarrat, ea deridenda propinat, atque scommatibus traducit, scribendo p. 19. 20. *Le Prophète, pour encourager ses disciples, fit lui même les plus grands éloges de ceux, qui avoient péri dans cette occasion, & ils furent solennellement déclarés martyrs de la Foi. Plussans martyrs, que des gens, qui n'annoncent leur mission que par le vol & le brigandage, & qui ne font valoir leur doctrine que le glaive à la main! Qu'ils sont differens de ceux des beaux jours de l'Eglise, qui n'avoient pour armes que la parole, l'exemple, l'instruction!* Sed quomodo conciliabit Abbas hic pontificius suae ecclesiae facta, quae deinceps recensimus, cum iis felicibus ecclesiae periodis? Num ea solum verbis, exemplis & instructione armorum loco vsa est? Forte id solum reprehendendum, quia a *Muhammede* factum, cui ea potestas non competit, quae Pontificiae ecclesiae, quae hic subit ratio, non inquirendum,

§. V.

Abubekari.

Mubammedem proxime in regno secutus est *Abubekar*, qui, deicitis quibusdam falsis prophetis inter *Arabes*, qui signo missionis, quo *Mubammedes*, non instructi erant, exercitu nimium sufficienti, *k*) conuersionem Christianorum orientalium suscepit bello, quod ob finem *sanctum* vocarunt. Contractis in vnum locum militibus praefecit *Yezidum*, eosque cum prosperi successus voto dimisit. Fugatis copiis Imperatoris *Heraclii*, atque *Mubammedanorum* exercitu suppleto, *Bostram*, duce *Caledo*, qui summum exercitus imperium obtinuerat, obsessioe cinxerunt, quae ipsis post multa conamina vana ab oppido praefecto prodita est, *l*) vnde *Damascum* perrexerunt, qua diu oblessa, militibusque eam defendentibus saepius profligatis, nec non quibusdam praefectis a *Caledo* in certaminibus singularibus interfectis, quin immo magna manu ab Imperatore ad urbem obsidione liberandam missa deleta, ab oppugnatione nihilo minus decedere fuerunt coacti, nouo ab Imperatore misso militum agmine. Sed hac deleta manu, iterum ad *Damascum* oppugnandam regressi sunt, eandemque tandem eodem fere tempore *Obeidab* per traditionem accepit, *Caledus* autem ex altera parte eandem obsidens proditione sacerdotis cuiusdam expugnauit. Ingens ciuium numerus gladio est interfectus, alii amplexi sunt religionem *Mubammedanorum*, alii stipendiarii facti, reliquis denique intereessione *Obeidae* permisum, ex urbe cum liberis atque bonis suis discedere. Sed postremi cum discessissent, nihilo secius *Caledus* eos est persecutus, & paucis fuga euadentibus exceptis, omnes interfecit. *m*) Tantus fuit huius belli ducis in propaganda religione zelus, vt ne sanctissime quidem promissis standum esse arbitraretur.

§. VI.

Omaris.

Abubekaro successit *Omar*, qui exercitus imperium *Obeidae* dedit, homini non minus propagandae fidei *Mubammedanae* studio

k) Ockley historia Arabum vers. German. *Theod. Arnoldi* P. I. p. 17,

l) I. c. p. 20. *m*) I. c. p. 46,

dio flagranti, multo tamen mitiori atque mansuetiori *Caledo*. Primum, quod hic suscepit, erat depraedatio monasterii cuiusdam *Damasco* propinqui tempore nundinarum celebrium, ad quas magna hominum, maxime Christianorum, multitudo confluerat, quaque occasione ingentem eorum numerum trucidarunt, & optima praeda locupletati abierunt *n*). Multas tum vrbes sibi subiecit, plerasque traditione accipiens, quas stipendiarias *Arabibus* fecit, quo pertinet inprimis *Emessa*, *Baalbec* & *Arestan* *o*). Interea Imperator Graecorum nouum contra hos conuersores, qui omnes gentes ad religionem suam cogere velle videbantur, duce *Mahane*, exercitum miserat; *Arabibus* igitur necessarium videbatur, ut inter vtrumque exercitum praelio decideretur, quatenam sit vera religio, quae falsa. Suppletis itaque copiis, atque variis cohortibus auxiliariis fugatis, praelium cum iis inierunt prope *Yermouk*, quod dubio Marte plures dies continuarunt, donec tandem *Graeci* fugati sunt, & Arabes completam victoriam reportarunt. Hac ratione veritate religionis *Mubammedanae* praelio probata, facile fuit, reliquam *Syriam* armis apostolicis subigere *p*). *Hierosolymam* s. *Aeliam* oppugnarunt, quam incolae post aliquam defensionem tradiderunt, dummodo ipse *Calipha* veniret ad eam occupandam, quod laetus de recuperata vrbe sancta & sanctorum monumentis fecit *q*). Hinc redeuntes *Aleppum* oppugnarunt, quam ciues ipsis tradiderunt, maxima autem difficultate castellum, quod *Yukinna* ruebatur, obsesserunt, & dolo tandem expugnarunt. *Yukinna* fidem minus quam vitam defendens sponte statim religionem *Mubammedis* amplexus est; eandemque eodem ardore propagare coepit, quo ipsi *Muhammedani*. Fraudibus enim, quibus plures vrbes & ipsum Imperatorem circumuenit, facile eas sibi subiecerunt, inter quas praecipua erat *Antiochia*, quam *Yukinna* prodidit, cum se rediturum ad Christianorum sacra Imperatori & incolis persuassisset, sibi que eo Imperatoris fiduciam conciliasset *r*).

§. VII.

n) l. c. p. 159. *o*) l. c. p. 164. 198. 221. *p*) l. c. p. 230. *q*) l. c. p. 254. *r*) l. c. p. 280.

§. VII.

Et successorum

His nondum contenti arma sua contra *Aegyptios* portarunt, *Mesram* oppido praefecti perfidia ingressi sunt, Christianorum multi fugae se dederunt, quorum quidam *Alexandriam* attigerunt, plerique in itinere a *Muhammedanis* eos persequentibus sunt interfecti *r*). *Alexandriam*, celebrem istam urbem, oppugnarunt, incolis maxima fortitudine eam defendentibus per XIV. menses, tandem eam expugnarunt, occisis *Muhammedanorum* militum tribus & viginti millibus. Cum autem Christianos fuga euadentes persequerentur, *Alexandrini* *Muhammedanorum* imperio se subtraxerunt, *Amrou* vero, belli dux, facile urbem recepit maiori solertia custodiuit *t*). Eadem ratione maioriq; facilitate magnam subegerunt & *Asiae* & *Africae* partem *u*). Quibus factis, *Calipha Omar* occisus, quod ulteriores armorum progressus impediuit, nisi quod *Othmannus* reliquam *Persiae* partem subegerit *v*): cum *Caliphae* succedentes internis reuolutionibus & rebellionibus turbati de propaganda religione cogitare non potuerint. Gesta sunt narrata vsque ad annum *Hegirae* XXIII. s. aerae Christianae 644. Regnante *Moauia* reliquam imperii Graeci Imperatoribus subiecti partem occupare tentarunt nominis Christiani hostes infensissimi. In subigenda *Armenia* atque *Natolia* felices habuerunt successus, sed *Constantinopolim* obsidentes multum temporis infumserunt nihil efficientes quam vt regionem vicinam spoliarent *x*). *Turcis* quoque *Obeidallah* bellum intulit, eos profligauit, & regni eorum partem subegit, quas occupationes deinde, regnante *Valid*, profectus est *Catibah* *y*). Inuasiones *Saracenorum* in regna *Occidentalia* fusius hic exponere, nobis & nimis prolixum & superfluum videtur, cum sequentibus temporibus irruptiones & depredationes per vniuersum fere orbem susceperint, & non amplius sub specie conuersionum & propagationis religionis id peregerint, sed solum praedonum instar omnia, quae possunt, occupantium. Religio, cuius falsitas tam aperte in oculos incurrit, vt solum vnam alte-

s) l. c. p. 360.*t*) l. c. p. 369.*u*) l. c. p. 378.*v*) l. c. p. 392.*x*) l. c. p. II, p. 231.*y*) l. c. p. 247.

alteramue doctrinam perpendere necesse habeamus, si id videre desiderauerimus, quae igitur non nisi coecum assensum postulat, cum argumentis hominibus persuadere nequeat, alio modo quam armis propagari non poruit, vnde vix aliquis dubitabit, hanc propagationem omnibus legibus naturalibus e diametro esse contrariam.

§. VIII.

Ad seculum VIII. progredimur, quo *Carolus M. Franco-* Bellum Caroli
M. Saxonicum.
rum regem cum *Saxonibus* ob religionem propagandam manus miscere videmus. *Pipino* parenti successerat in *Francia* anno Christi 768. Anno 772. primum contra *Saxones* arma tulit. Erant illi tum temporis adhuc idolorum cultui addicti, praecipuum eorum *Irmensul* dictum *Heresburgi* stetit, ibique fanum multis diuitiis ornatum habuit, quod quidam pro Graecorum *Hermete* s. *Mercurio*, alii pro *Marte*, alii pro statua *Arminii* s. *Herrmanni*, strenui libertatis *Teutonicae* erga *Romanos* defensoris, habent. Huc cum exercitu suo venit *Carolus M. Heresburgum* expugnauit, fanum destruxit, & diuitias, quas in eodem deprehendit, abduxit. Ipso cum exercitu ibi commorante, aqua defecisse, & ex torrente arido fons largissimus subito erupisse diuina clementia dicitur. Postquam *Ysaram* fluiuium transierat, pactum iniit cum *Saxonibus*, & obsides accepit, cum quibus in *Franciam* rediit. Anno 773, rege in *Italia* occupato, *Saxones* in *Franciam* intrarunt, atque templum *Christianum* eodem modo destruere voluerunt, quo *Carolus M.* fanum *Heresburgense*, sed a duobus iuuenibus, qui albis induti vestimentis apparuerint, protectum igni illud ab ipsis dari nequiuisset & mox eos in fugam versos esse, nemine persequente, historici eorum temporum dicunt. *Carolus M.* anno subsequenti ex *Italia* rediens, quatuor legiones contra eos misit, quorum tres contra *Saxones* pugnarunt, eosque vicerunt. Anno 775. iterum contra *Saxones* iuit, & prope *Weseram* fluiuium eos fugauit, multosque occidit. *Austrasi* & *Angrarii* obsides dederunt, & fidem regi promiserunt. Alia exercitus *Francorum*

B

pars

pars prope *Libdam* cum *Saxonibus* pugnauit, eosque deuicit. *Carolo M.* adueniente, ipse in eos irruit, eosque iterum fugauit, & maximam stragem passi sunt, quo facto aequae reliqui obfides dederunt. Anno 776. *Saxones Heresburgum* a *Carolo M.* denuo aedificatum destruxerunt, & alia castella eodem modo dirutum euntes miraculo perterriti & fugati, seque inuicem in fuga interfecisse, & a *Francis* usque ad fluvium *Lippiam* propulsi esse feruntur. *Carolo* deinde exercitum contra eos ducenti sponte se subiecerunt, & Christianam religionem amplecti promiserunt, quo facto, insignis ethnicorum numerus est baptizatus. Haec fuit conuersio illorum populorum, qui ipsi, quid crederent Christiani, nunquam audierant. In conuentu *Paderbornensi* anno subsequenti habito fidem & constantiam in Christiana religione iurarunt, multique alii ibidem sunt baptisate recepti. *Wittekindus Saxonum*, qui idola adhuc colebant, dux erat, ille anno 778. irrupit in regiones *Francorum*, ibidemque templa spoliauit & vastauit, a rege autem profligatus & permulti militum eius sunt occisi. Anno subsequenti regi transitum super *Rbenum* prohibentes ab ipso denuo fugati, & ad fidem ipsi iure iurando spondendam coacti sunt. Anno 780. iterum insignem *Teutonum* numerum baptizari curauit.

§. IX.

Continuatio.

Post conuentum anno 782. a *Carolo Coloniae* habitum *Saxones*, suadente *Wittekindo*, arma rursus sumserunt, sed a quibusdam *Francorum* legionibus subacti, iusiurandum subiectionis renouarunt, tradentes simul quatuor mille & quingentos rebelles. Anno 783. praelia cum *Saxonibus* maxima omnium duo commissa sunt, quibus plerique veterem religionem armis defendentium gladio sunt interempti. Annis 784. & 785. multi, ut alias factum, *Saxones* conuersionem recusantes interempti sunt, donec *Wittekindus* & *Albio*, duces *Saxonum*, inuirati ad regem uenientes ad Christianam religionem se conuerterunt, id est, baptizari se permiserunt. Nondum vero his conuersionibus bellum

Saxoni-

Saxonicum compositum est. Multi enim adhuc supererant, quos factae conuersionis & sponsae fidei poenitebat. Hi anno 794. se rursus contra conuersores suos armarunt, quam ob rem duplicem exercitum contra eos mittere oportuit *Carolus M.* Quibus eos dissipauit quidem atque multos occidit, annis tamen subsequenter bellum adhuc fuit contra ipsos sustinendum, donec tandem se anno 797. iurciurando fidem seruare adstrinxerint. Nihil fecius anno 798. praefectos regis comprehensos aliquos interfecerunt alios seruarunt, quare arma in eos portauit rex, & totam *Saxoniam* ferro & igne vastauit, & in diuersis pugnis plura millia *Saxonum* interfecit. Haec bella cum *Saxonibus* continuanda fuerunt vsque ad annum 804. quo omnes *Saxones* trans *Albim* habitantes in *Franciam* abduxit, eosque baptizari curauit. Regionem eorum *Abodritis* habitandam dedit. *Eginhardus in vita Caroli M.* decem mille *Saxones* hac occasione esse conuersos narrat. Conuersio omnes apostolicas conuersiones longe excedens, ab ipsis vero adeo differens, vt conuersores *Francorum* nihil ad conuersionem pertinere visi sint arbitrari, nisi vt conuertendi baptizari se patiantur.

Qui de rebus *Francis* commentati sunt, scriptores hic conseri merentur. In collectione *du Chesniana* ea reperiuntur Tom. II. & ex parte Tom. III.

§. X.

Minores conuersiones praetermittimus, iam ad expeditiones *Expeditiones* *cruciatae* progredimur. Quae cum contra *Muhammedanos* sint *cruciatae*. susceptae eam ob causam, quia a religione Christiana fuerunt alieni, putaruntque Christiani, pollui per eos loca sacra, quae possidebant, ad bella ob religionem gesta merito illa referimus. Locorum igitur sacrorum pollutionem, ob quam bellum suscipiendum putarunt, ipsis non dedisse legitimam belli causam, exinde constat, quia falsa religione locum quemdam pollui dici nequit. Omne peccatum polluit hominem, i. e. ipsum insanctum atque profanum reddit, sed hoc non de qualibet falsa religione statui potest,

potest, multo minus de loco, quo falsa religio colitur. *Hierosolymam* a Iudæis temporibus ante seruatorem natum pro sacro præ aliis loco esse habitam, ad cultum Dei Leuiticum atque typicum pertinet, qui, cessante huius cultus ratione, ipse cessauit. Neque ipsi Deo indignum visum est, ethnicis urbem tradere, eandemque dirui atque vastari permittere, cur igitur nos id illegitimum credemus, quod ipse Deus non concessit modo, sed &, vt ita eueniat, direxit. Cum denique religio & cultus Dei verus solum interna respiciat, externa; quo locus quoque pertinet cultui Dei destinatus, hunc nec meliorem nec deteriorem reddere possunt, omnia porius loca vero cultui diuino sunt apta & commoda. Superstitioni igitur tribuendum erit, si in vrbe quadam vel loco Deum melius coli arbitramur quam alio, & ex illa ratione peregrinationes in haec loca suscipiuntur, multo magis id statuendum, si bella eam ob causam mouentur. Sed historiam aggredimur.

§. XI.

Occasio & or-
dinatio.

Vt rem vero a primis initiis exordiamur, bellis iis præter alia occasionem dedit sacerdos *Petrus Eremita* cognominatus, qui more temporum illorum, quibus peregrinationes in summo habebantur pretio, in terram sanctam, & præcipue *Hierosolymam* iter suscepit. Rediens enim se visionem in templo quodam dormientem habuisse, qua diuinitus sit admonitus ad excitandos veros Christianos, vt ita vocatis infidelibus loca sacra eriperent, eaque purgarent iactitauit a). Pontificem *Romanum Urbanum II.* cui id aperuit, facile consentientem habuit, aliorum impensis conuersiones infidelium ordinare. In concilio igitur *Claramontano* multis argumentis & a rei grauitate & ex sacrae scripturae effatis finistre explicatis desumptis principibus aliisque iter *Hierosolymitanum* suscipere persuasit. Quo id effecit, vt ingens otiosorum hominum multitudo concurreret, qui sub specie religionis arma sumserant, inter quos multi promissionibus Papae sanctissi-

a) *Gesta Dei per Francos* T. I. p. 636.

sanctissimis de peccatis iis condonatis sunt inducti b). Principum aliorumque nobilium id suscipientes praecipui fuere *Hugo Magnus*, *Philippi*, regis *Franciae* frater; *Godefridus Lotharingiae* dux eiusque fratres *Balduinus* & *Eustachius*; *Boamundus Tarentinorum* princeps; *Roberti Guiscardi Apuliae* ducis filius; *Tancredus* eius ex sorore nepos; *Robertus Flandrensum* comes; *Robertus*, comes *Normannorum*; *Wilhelmi*, regis *Anglorum*, filius; *Stephanus*, comes *Carnotensium*; & *Raimundus*, comes *Tolosanus*, cum innumeris nobilibus aliis. Ex sacro ordine eos comitari voluerunt *Ademarus Podiensis*, *Wilhelmus Aurascensis* episcopus & supra dictus *Petrus Eremita c)*. Hos crucis signum assumere atque in vestibus affigere in tessera illius, in cuius honorem bellum istud suscipi debebat, iubebat Papa, vnde *cruciatorum* nomine insigniti. Quam falso huc effectum Christi: *Quicumque me sequi fuerit, suscipiat crucem &c.* traxerint, cuiuslibet facile diiudicandum relinquere possumus d).

§. XII.

Galterus Senfaucir primus fuit, qui anno 1096. exercitus iterum per *Germaniam* & *Hungariam* duxit. Qui, ut primi ad conversionem progredientes, primi quoque in rapinis & spoliis fuerunt. *Maleuillae* enim victum ciuibus violenter rapuerunt, quod effecit, ut multi eorum a *Bulgaris* sint interfecti e). *Petrus Eremita* eos secutus cum quadraginta millibus hominum non minori violentia vsus est, vindicaturus caedem fratrum suorum. *Maleuillam* enim violenta manu aggressus incolas eius occidit. Quid aliud iam expectari poterat, quam ut rex *Hungariae* transitum ipsis ad infidelium conversionem, non subiectorum suorum caedem concedens, armis iniuriam illatam vindicaret? sed *Petrus* cum suis ante regis aduentum decedit, & ab incolis vrbis *Niz* victum accipit, sed cum quidam cum ciuibus in litem complicarentur, abeuntes extra muros positas domus accendunt, quo ab incolis

B 3

b) l. c. p. 639. c) l. c. p. 649. d) l. c. p. 89. e) l. c. p. 647.

colis viso, ipsos persequuntur, ac aliquos ab exercitu separatos interficiunt. Reliquis de causa quaerentibus, iterum lis inter aliquos oritur, quo factum, ut manus miscentes milites permulti occiderentur, alii in fluuio propinquo submersi sint. Cum residuis *Petrus Constantinopolim* proficiscens *Gualtero* se adiungit, quo facto, *Bosphorum* transeunt, & in *Bithyniam* veniunt. *f)* *Petro* apud Imperatorem *Alexium* commorante, milites ipsius regiones confines spoliatur, & urbem haud procul a *Nicaea* distantem expugnant, incolas ad vnum omnes occidentes. *Solimannus* autem, *Turcarum* dux, urbem recuperans non magis Christianis pepercir, quo reliqui inducti vindictam ab illo sumere decernunt, in praelio autem omnes fere interimuntur cum plurimis ducebus *g)*. Ecce primum martyrum cruciatorum exercitum! Hos cum quindecim millium agmine secutus est *Godescalcus*, *Teutonicus*, quibus in *Hungaros* vehementer saeuientibus occurrit *rex Hungariae*, ac iis persuasit, ut ipsi arma traderent, pacemque inirent, quo facto, omnes trucidauit. Aliud agmen absque duce & ordine eo abierunt, quibus cum rex per arcem *Hungariae* transitum prohibuisset, eam oppugnant, a paucis vero ex arce erumpentibus omnes fugati plerique in patriam redierunt *h)*.

§. XIII.

Godefridi progressus.

Felicior fuit *Godefridus*, *Lotharingiae* dux, in rebus bellicis magis peritus, qui per *Hungariam* a rege veniam adeptus transit cum insigni exercitu ab omnibus violentiis abstinens. Imperatore *Graecorum* victus ipsis necessarios pecunia vendere recusante, eius regionem depraedati sunt, quam ob rem ipsis *Uellus* denique concessit. *Godefrido* ipsum conuenire renuente, varios iis struxit insidias, quas vero feliciter effugerunt, donec Imperatoris filio obside dato, ad ipsum concessit *Godefridus*. *i)* *Boamundus* interea, *Tarentinorum* princeps, alium per mare *Adriaticum* duxerat exercitum, cui non minus Imperator insidias struxerat,

f) l. c. p. 644. *g)* l. c. p. 647. *h)* l. c. p. 648. *i)* l. c. p. 654.

xerat, quas vero aequè feliciter evitarunt. Duce cum *Boamundo* apud Imperatorem commorante, *Tancredus* cum exercitu in *Bithyniam* discessit. *Robertus*, comes *Flandrensum*, & post ipsum comes *Tolosanus* noua agmina adduxerunt, in quae Graeci milites irruerunt, comite *Tolosano* absente, multosque interfecerunt. Tandem omnes copiae *Nicaeam* abierunt, quas aliae a *Roberto Normannorum* comite & *Eustachio* ducis fratre ductae insequuntur. *Nicaeam* statim oppugnare coeperunt, quare *Solimannus* in eos irruit, sed a cruciatis fugatus est, urbemque d. 20. Iun. anni 1097. expugnarunt k). Iter ipsis continuantibus, *Solimanni* copias ipsis occurrentes funditus prostrauerunt, in *Pisidiam* ingredientes, aquae defectu maxime premuntur, dissensio quoque inter principes oritur, unde quidam ab exercitu se separant, isto in *Lycaoniam* & *Maresiam* transeunte. *Tancredus* *Tarsum* obsedit, *Baldwinus* autem, qui ab exercitu secesserat, ipsi vexillum abstulit, seque ducem obsidentium constituit, urbemque expugnauit, quo facto trecenti milites *Tancredo* opem latari aduenerunt, a *Balduino* autem urbe exclusi, eadem nocte a *Turcis* occisi sunt, *Tancredus* interea *Ciliciam* subegerat, reliquis regionis illius principibus muneribus ipsum sibi conciliantibus. *Baldwinus* in subigenda *Edeffa*, & vniuersa regione usque ad *Euphratem* felix fuerat, cuius se principem constituit. Eodem tempore regis *Daniae* filius exercitum sequens prope urbem *Finimiris* est occisus. m) Magna in exercitu fames & hinc pestifera lues inualuerat, quamobrem triduum ieiunium celebrarunt. *Antiochia* a cruciatis obsessa a *Saracenis* auxilium adepta est, quod vero a cruciatis profligatum, alius tamen *Perfarum* exercitus ipsis in subsidium venit, qui *Edeffam* oppugnauit, sed sine fructu. Tandem ope ciuis cuiusdam *Antiocheni* urbem expugnarunt, innumerosque ciues interfecerunt, quod accidit d. 3. Iun. 1098. n). Sed haud ita multo post *Perfarum* copiae aduenerunt, & *Antiochiam* oppugnarunt, quo adeo fames inualuit, ut resistere aduersario amplius milites noluerint, principibus obsequium recusantes, quo accessit, quod *Stephanus Carnotensium* comes Imperato-

k) l. c. p. 658. l) l. c. p. 673. m) l. c. p. 686. n) l. c. p. 690.

peratori Graeco cruciatis auxilium mittere volenti id dissuasisset, & principes in vrbe de fuga cogitare coeperint. Sacerdos quidam, *Petrus* nomine, eam ob rem se reuelationem diuinam habuisse diulgauit, ipsos lanceam, qua latus seruatoris sit apertum, in templo quodam esse repleturos, quo repperito, ciues aliquantum solatii habere purarunt, & in hostes erumpentes in iis profligandis spoliisque opimis reportandis felices fuerunt. Lues postea pestifera proceres aliosque multos eodem tempore consumpsit o).

§. XIV.

Hierosolymae
expugnatio.

Expugnatis deinde aliis adhuc minoribus vrbibus, ad *Hierosolymam* oppugnandam se accinxerunt, quam ob rem cum quadraginta millibus hominum eo abierunt, qua expeditione mox fame, mox siti fuerunt oppressi, & abeuntes ad victum colligendum saepius ab hostibus sunt interfecti. Tandem omni vi vsi sunt ad oppugnandam ciuitatem, ac cum defensoribus vrbis grauissimum inierunt conflictum, qui nocte intercepit die sequenti est continuatus, donec cruciati muros occuparunt, & deinde portas aperuerunt cum toto exercitu ingredientes. Per plateas tum discurrentes ingentem hominum multitudinem ferro occiderunt, nec iis parcentes, qui in templa se receperant, quo facto, loca sacra & venerabilia purgarunt. Occuparunt vrbem d. 15. Iul. anni 1099. p). Tum de eligendo rege conuenerunt, licet maxime contradicente ordine sacro, regnum igitur *Godefrido Lotharingiae* duci dederunt, *Boamundo Antiochiam* accipiente, plerique principes tum domum reuerterunt q). *Godefrido* mortuo d. 16. Iul. 1100. successit frater eius *Balduinus* r).

§. XV.

Successorum
gesta.

Rex nouus aequae ac reliqui principes terrae sanctae armis, quoad poterant, regni sui limites extenderunt, & continuis cum *Saracenis* bellis implicati fuerunt. Auxilia ipsis anno 1101. adducuntur

o) l. c. p. 705.

p) l. c. p. 744.

q) l. c. p. 763.

r) l. c. p. 775.

cuntur ex Europa ab Hugone Magno, Philippi, regis Francorum fratre; Wilhelmo, Piclaviensium comite; Stephano Carnotensium comite; Stephano Burgundiac comite aliisque, quibus Imperator Graecorum Alexius more ipsi solito infidias struxerat, in quas incidentes dissipati multique occisi sunt, reliquis duce Comite Tolosano Hierosolymam abeuntibus, postquam Tortosam captam comiti dicto tradiderant s). Saraceni Aegyptii exercitum contra eos ingentem parauerant, cum quo in terras principum occupatas ingrediuntur, quibus rex cum principibus reliquis occurrens copiasque ducens contra eos fugantur ab iis, nouis vero copiis collectis, vincunt eos & prosternunt. Quo facto in occupandis & expugnandis urbibus iterum fuerunt occupari, rege etiam trans Iordanem arma ferente, & Antipatridem, Caesaream, Ptolomaidem expugnante. Trans Euphratem digressi Carram oppugnaverant, sed de imperio urbis dissentientes ex ea fugati sunt t). Annis subsequenibus crebriora cum Turcis & Aegyptiis bella sustinenda fuerunt, quibus Tripolim, Berithum aliasque urbes expugnarunt, & ope classis Danorum & Noruegiorum in Syriam venientis Sidonem ceperunt u). Rex Balduinus anno 1118. obiit, ipsique successit Balduinus II. comes Edessanus, qui regnum tenuit vsque ad annum 1131. quo Fulco, comes Tyronensium, rex est constitutus regnum vsque ad annum 1142. possidens, quem Balduinus III. secutus est, quo regnante secunda cruciata expeditio ab occidentis principibus suscepta est.

§. XVI.

Saracenis Christianos admodum vexantibus & fere oppri- Expeditio se-
 mentibus, Papa Eugenius III. ad expeditionem nouam suscipien- cunda.
 dam occidentis principes hortabatur. Imperator igitur Conradus
 II. & Ludouicus rex Francorum crucem assumerunt, & vterque
 exercitum septuaginta millium loricatarum anno 1164. in Syriam
 abduxerunt. Imperatoris copias Graecorum imperator in vias
 periculosas duxerat, vbi magna earum pars a Turcis interfecta, vt

C

Vix

s) l. c. p. 782. t) l. c. p. 787. u) l. c. p. 802.

vix decima pars residua fuerit. Rex *Francorum* cum suis copiis, postquam *Laodiceam* transferat; in *Turcarum* insidias incidit, a quibus innumeri sunt interfecti x). *Damascum* tunc obsidere decreverunt, & cingere eam reuera coeperunt, quibusdam autem principibus a civibus pecunia corruptis, victuque deficiente, ab obsidione desistere coacti sunt, vnde *Ascalonem* obsidere decreverunt, sed hoc quoque est impeditum. Infecta igitur re Imperator *Conradus* domum reuertitur, anno subsequente rege *Franciae* ipsum sequente. *Noradinus*, *Turcarum* dynasta, iis regressis, anno 1148. crebriores excursionses fecit, sibi que facile magnam regionis occupatae partem subiecit, comitatus quoque *Edeffanus* a *Turcis* occupatus, qui arma vsque ad *Hierosolimam* portarunt y). Anno 1162. rex *Hierosolymae* diem obiit, successorem habens *Amalricum* fratrem, cui bellum cum *Noradino* continuandum fuit, quod aequae ac praegressi variante fortuna fecit, ac contra *Aegyptios* pugnanti successus non magis felices fuerunt z). Anno 1173. vita decessit, *Baldvino IV.* filio regnum obtinente, qui *Turcas* facilius prostravit, *Baldvino V.* sororis filius eum secutus est in regno, tutore comite *Tripolitano*, sed haud multo post regnum susceptum obiit, & *Guido*, *Baldvini IV.* sororem natu minorem uxorem ducens, regnum occupavit, quod maximas peperit dissensiones, qua occasione *Salahadinus* *Turcarum* dynasta vsus, cum quinquaginta millibus equitibus regionem intravit, omnes, qui ipsi obviam venerunt, interfecit, atque *Tiberiadem* obsedit a). Rex eo ducens exercitum viginti millium peditum & millium & ducentorum equitum ipse captus, & militum plerique sunt interfecti, quod accidit anno 1187. quo facta *Accor* s. *Ptolemaida*, *Berithum*, *Biblinum*, ipsamque *Hierosolimam* expugnavit. *Ascalonem* a Christianis hucusque possessam ea conditione cepit, vt regem liberum dimitteret. Principatum *Antiochenum* occupavit, vrbe a patriarcha auro redempta, reliquas vrbes facile sibi subiecit b).

§. XVII.

x) l. c. p. 902. y) l. c. p. 910. z) l. c. p. 994. a) l. c. p. 995.
b) c. l. p. 1117.

§. XVII.

Ad tertiam venimus expeditionem cruciatam, ad quam ^{Expediio ter-}
Clemens III. Pontifex principes exhortatus est. *Fridericus I. Ro-*
manorum Imperator, Philippus II. rex Franciae, & Richardus rex
Angliae ingentem hunc in finem compararunt exercitum. Copiae
 quaedam praegressae *Guidonem* oppugnantem *Aconem* inuenerunt.
Turcae de aduentu eorum certiores facti aufugerunt, Christiani
 vero ad castra eorum accedentes & equum fugientem videntes
 omnes fugam dederunt, quo a *Turcis* obseruato, redierunt, eos
 persecuti sunt & dissiparunt. Fames in Christianorum castris inua-
 luerat, triginta igitur mille milites collectum euntes victus, ac *Tur-*
carum castra derelicta videntes, ea spoliarunt, sed hostes, qui fu-
 gam solum simulauerant, redeuntes eos insecuti sunt, & pleros-
 que interfecerunt e). *Fridericus* Imperator copias suas adducens,
 in *Armenias* fluuius, in quo se lauabat, submersus & suffocatus est,
 non multo post eum reges *Franciae & Angliae* cum copiis aduene-
 runt, qui urbem expugnarunt, & magnam *Saracenorum* partem,
 quia crucem ablatam reddere nequiverunt, trucidarunt. Reliquas
 vrbes, quarum muros *Salahadinus* destruxerat, facile occuparunt,
 inter quas *Ioppen* iterum muniuit rex *Angliae*, in ea vero a *Turcis*
 obsessus, eos profligauit d). Ob dissensiones inter reges ortas rex
Franciae domum rediit, reliqui *Hierosolymam* oppugnarum eun-
 tes facpius a *Saracenis* sunt impediti, donec rex *Angliae* de peri-
 culo regno suo imminente certior factus eo rediit, postquam aliquas
 vrbes denuo communiuerat, & cum *Saracenis* inducias fecerat.
 Ipsum *Germaniam* transeuntem Imperator, vsque dum magnis opi-
 bus se redimeret, derinuit. *Salahadinus*, induciis factis, mortuus
 est, & dissensionibus inter *Saracenos* ortis Christiani ad recuperan-
 das aliquas vrbes vsi sunt. Imperator *Henricus VI.* copias quas-
 dam auxiliares ipsis eodem tempore misit, quae vero audientes de
 morte Imperatoris, nihil efficientes redierunt. Regi *Guidoni*
 haud longe post eorum discessum mortuo successit *Ioannes comes*
Brenensis e). Anno 1217. fuitis induciis, magnus a regibus *Hie-*
rosoly-

C 2

f) l.c. p. 1120. d) l.c. p. 1121. e) l.c. p. 1122.

rosolymae, Hungariae & Cyprī, ducibus *Austriae & Bauariae* aliisque comitibus collectus exercitus in *Turcas* missus est, quorum multi in ipsos Christianos eorumque bona admodum laeuierunt. Arcem in monte *Thabor* oppugnaturi hunc montem ascenderunt, sed ob discordias principum infecta re iterum descenderunt, *Christum* igitur cum tribus discipulis montem hunc occupantem feliciter fuisse iis, putat *Willermus Tyrensis* f). Rex *Cyprī* haud ita multo post mortuus est, rex *Hungariae* vero domum rediit, quare a sacerdotibus est excommunicatus, reliqui in urbibus muniendis perrexerunt. Prouincia *Coloniensis* cum quibusdam aliis ultra trecentas naues parauerat, ut in subsidium Christianis in oriente bellantibus uenirent, quae in itinere ex parte perierant, reliquae anno 1213, aduenerunt, unde in *Aegyptum* cum iis abierunt rex *Hierosolymae* aliique principes, & anno 1219. turri Nili transitum prohibente expugnata, *Damiatam* oppugnarunt. Crebriores uero *Saracenorum* in Christianos irruptiones, procellae multas naues abducentes & submergentes, victuum defectus & alia multos ipsis interemerunt milites. Post diuturnam obsessionem tandem *Damiatam* expugnarunt, quo facto facile arcem *Thanis* occuparunt, & rex *Hierosolymae* domum rediit. Interea in *Syria* anno 1219. *Saraceni* muros *Hierosolymae* destruxerant, & *Raimundus a Rupina* principatum *Antiochenum* rursus sibi subiecerat. In *Aegypto* *Saraceni* omnem comitatum *Damiatam* impediuerunt, & hoc modo Christianos coegerunt, inducias facere, iisque *Damiatam* reddere, quod accidit anno 1221 g).

§. XVIII.

Expeditio
quarta.

Rebus ita constitutis in terra sancta, rex *Hierosolymae* ab Imperatore *Fridrico* II. inuitatus in *Italiam* profectus est, ubi sancitum, imperatorem debere *Isabellam*, regni *Hierosolymitani* haeredem, uxorem ducere, sibiue regnum armis recipere, unde in *Franciam* & ad regem *Castellae* abiit ab iis auxilia in *Saracenos* petens. Imperator anno subsequenti matrimonium cum *Isabella*

f) l. c. p. 129. g) l. c. P. II, p. 209.

bella mitti, nec mortem regis expectavit, sed anno 1225. totam regionem in sua verba per iusiurandum adeptus. Exercitum anno 1227. eo misit, qui *Sagetam* & castrum *Caesareae* muniverunt. Imperatoris coniux filium ipsi anno 1228. peperit, ipsa vero haud ita multo post obiit *b*). Eodem anno Imperator in *Asiam*, licet maxime renitente pontifice, qui communionem coetus sacri ipsum interdixerat, transit, & *Cyprum* atque *Berithum* sibi subiecit. Copiis autem iussis eius obedire recusantibus ex mandato Pontificis, & Papa exercitum contra ipsum parante, inducias cum *Saracenis* fecit, quibus ipsis *Hierosolymam* praeter templum Christianorum & omnia, quae ad *Sidonem* pertinent, concessit, sibi quoque ipsi in templo coronam imposuit, & anno 1229. domum rediit. Variis deinde discordiis & litibus ipsi principes inter se invicem sunt implicati, & cum Imperatore praecipuis continuas disceptationes intercesserunt, ne principum iura imminueret *i*). Anno 1239. *Tybaldu*, rex *Nauarrae*, cum multis copiis in terram sanctam transit, & *Ascalonis* muros a *Turcis* destructos recondirurus, eosque persequens ab ipsis territus recessit, & inducias fecit, quibus Christianis territorium *Hierosolymitanum* restituebatur *k*). Anno 1240. *Riccardus Cornubiae* comes, *Henrici*, regis *Angliae*, frater, auxilia adduxit, qui *Ascalone* recondita, in *Saracenos* interdum felici successu irrupit. *Aylisfa*, regina *Cypri*, *Almerici*, regis *Hierosol.* neptis, *Rodulfo*, fratri comitis *Asafonis*, nupta, a principibus regnum *Hierosolymitanum* obtinuit *l*).

§. XIX.

Ultimam tandem cruciatam expeditionem suscepit *Ludovicus IX.* rex *Franciae*. Ille morbo correptus & conualescens Deo gratum testaturus animum, crucem assumpsit. In terra sancta *Salab Turcarum* dynasta *Hierosolymam* receperat, ibidemque quindecim millia hominum occiderat, reliquos usque ad *Ascalonem* persequens, & vix quartam Christianorum partem superstitem relinquens. *Aylisfa* regina mortua regnum filio suo *Hemrico* reliquerat.

Expeditio
quinta.

C 3

b) l. c. p. 210. *i*) l. c. p. 211. *k*) l. c. p. 215. *l*) l. c. p. 216.

querat. Ira dictus *Sultanus Aegyptius* post obitum *Damasceni* eius terras & simul, quas Christiani possederant, expugnaverat, *Antiochenus* principatus a *Turcomannis* occupatus erat *m*). Hic erat rerum in Oriente status, cum anno 1248. rex *Franciae* cum fratribus *Roberto*, *Carolo* & *Alphonso* eo abiret, annoque 1249. *Damiatam* in *Aegypto* transfret, quam cum impugnaret, *Saraceni* accensam deseruerunt. *Franci* eos persequentes in crebrioribus conflictibus superiores evaserunt, in aliis vero *Saracenorum* excursionibus multi eorum praesertim belli ducum occisi sunt, ac fames & lues pestifera in castris Christianorum ortae sunt, ac redire fluvium *Thanis* tentantes, in eos irruerunt *Turcae*, ac regem *Franciae* cum multis comitibus aliisque captivum abduxere, totumque exercitum dissipavere. Libertas ipsis reddita est, cum inducias decem annorum facerent, & *Damiatam* restituerent, in *Syria* autem, quae occupabant, ipsis relicta sunt *n*). In terra sancta recondidit munimenta *Caesareae*, *Ioppes* & *Sidonis* a *Turcis* diruta annis 1521. usque ad annum 1523. Anno subsequenti rediit rex *Franciae* in regnum suum *o*). Bella tum orta sunt interna Christianorum, praesertim *Ianuensum* & *Venetorum*, quae referre a nostro proposito est alienum. *Bendocdar* amissa recuperare coepit, cum *Caesaream* & castellum *Arsuf* annis 1265. & 1266. *Ioppen* & *Antiochiam* anno 1268. receperit. Licet anno 1270. rex *Arragonum* & anno sequenti *Odoardus* regis *Angliae* filius ipsis in auxilium venerint, nihil tamen nisi inducias anno 1272. obtinuerunt *p*). Annis potius 1287. & sequentibus *Saraceni* omnia recuperarunt, & Christianos vel occiderunt, vel fugarunt, qui in insulam *Cyprum* concesserunt *q*). Talis fuit finis expeditionum illarum cruciatarum, quibus multi sibi maximam apud Deum gratiam & peccatorum remissionem promereri putarunt. Animus horret scelera & nefanda flagitia, quae sub specie belli Dei causa gesti colluies illa hominum huc concurrentium & in itineribus & in ipsa terra, quam purgare voluerunt, iis vero potius polluerunt & in-

m) l. c. p. 217.

n) l. c. p. 218.

o) l. c. p. 220.

p) l. c. p. 222.

q) l. c. p. 229.

& inquirunt, commisit, a scriptoribus *gestorum Dei per Francos* hinc inde relata. Quid vero aliud a populo vindiquaque concurrente & maxima cupidine spoliandi ardente, & ducum iussa nihili faciente exspectari poterat?

¶ §. XX.
Laudem sibi acquisuerunt *Franci* inter suae religionis al- *Waldensium*
seclas, quod inter omnes plurimum ad propagandam religionem persecutio in
inter homines a *Pontificia* doctrina alienos fecerint. Vidimus quo- *Gallia*
que *Francos* conuertentes *Saxones* idololatriae deditos, vidimus eos
arma contra *Mubammedanos* maximo religionis propagandae *Chri-*
stianae, & infirmandae *Saracenicae* ardore zeloque portantes. Sed
nondum deserunt iis peractis, armis ad religionem suam cogere,
vel saltem aliter sentientes extirpare. Iam eos videbimus arma
fumentes, non contra idololatrias, neque contra *Mubammedanos*,
sed contra ipsos *Christi* seruatoris nomen profitentes, ob dissentium
in quibusdam doctrinis *Waldensium* persecutio ab ipsis incepta, ab
aliis est continuata. Breuibus has persecutiones describemus, cum
inter notatu dignissimas easdem referendas esse arbitremur. *Lug-*
duni Galliae primum surrexisse homines istos sententias a *Pontifi-*
ciorum doctrina diuersos fouentes, ducemque eorum fuisse *Petrum*
Waldum, ex historiae monumentis cuiuslibet notum est. Statim ab
initio & ortu eorum *Pontificii* sanguinem haereticorum scientes
omnem operam dederunt, vt ipsos opprimerent, quo vero magis
eo allaborarunt, eo maiora incrementa cepit societas horum ho-
minum. *Alexander III.* Pontifex *Romanus* excommunicationibus
eos tenuit, ac societas de propaganda fide & extirpandis haereticis
omnibus mediis circa annum 1180. vlt est, quo cogeret ipsos,
ad deserendam suam religionem, ad *Pontificios* redeuntes. Vix
credenda sunt, quae referunt antiqua monumenta de fraudibus
& dolis, quibus vsi sunt, ne populus innocentiam condemnatorum
animaduertens morte eos liberaret, ac ne doctrinam suam argu-
mentis defendendi ipsis daretur facultas. Sufficiebat suspicio, quam
conuerfores illi inhumani de iis conceperant. *Ludouicus VIII.* Rex
Franciae anno 1182. & sequentibus innumeros igne & ferro inter-
imi

imi iussit *Waldenses*, adeo vt in sola regione *Bituricensi* septem mille vno die fuerint occisi r). *Innocentius* III. Papa multos constituit inquisitores, qui vehementissimam exercuerunt crudelitatem, quam ob rem ipsi *Waldenses*, duce *Raimundo* comite *Tolosano*, arma sumerunt, vsque dum eos *Ludouicus* VIII. anno 1229. deuicerit s). Neque minus incredibiles cruciatus ipsis sufferendi fuerunt in aliis regionibus; regnante enim *Henrico* III. in *Anglia* & a *Friederico* II. Imperatore in *Italia*, quotquot eorum inueniri poterunt, occisi sunt t). Reliqui in montes *Pedemontanos* abierunt, ibidemque initio secure vixerunt. In *Hispania*, *Belgio* & *Germania* seculis duodecimo & subsequens non minores perpassi sunt persecuciones u).

§. XXI.

In vallibus *Pedemontanis*
sec. XV. & XVI.

Eadem tamen fata miseri illi homines in vallibus *Pedemontanis* viuentes experti sunt, postquam Pontifex *Innocentius* VIII. anno 1487. bullam ediderat, qua omnes principes ad cruciatam expeditionem contra has religionis suae strenuos defensores suscipiendam exhortatus est, iisque exclusionem coetu sacro & regnis suis indixit, qui hoc negotium aggredi recusarent x). Insignem igitur exercitum multi principum contra *Waldenses* duxerunt, quibus se sponte octodecim millia *Pedemontanorum* adiunxerunt, qui per diuersas vias in valles has irrupentes a *Waldensibus* bene paratis adeo fugati sunt, vt totus fere apostolorum Pontificis exercitus interficeretur. Vnde *Philippus* VII. *Pedemontii* princeps pacem cum ipsis iniit, amnistiam generalem ipsis promittens. Quod clerici indigne ferentes incitarunt *Margaritam de Foix*, *Marchionatui Salutiensis* dominam, quae arma contra eos sumens, in *Ludernenses* valles ipsos repulit, & omnia bona eorum occupauit, quae tamen post aliquos annos armis recuperarunt atque per multos annos tranquille possederunt y). Deno autem bellum contra *Waldenses*

r) *Leges hist. des eglises Vaudoises* P. II. p. 4. 328. s) c. 1. p. 329.
t) l. c. p. 330. u) l. c. p. 337. x) l. c. p. 8. y) l. c. p. 26.

denfes initium cepit anno 1534. *Carolo Sabaudiae & Pedemontii* principe, qui *Pantoleonem Bressour* contra eos misit, qui, quot inuenit, trucidauit, a reliquis autem agmen eius penitus fere est extirpatum, quo facto, aperta vi derelicta, insidiis permultos crudelissime enecauerunt z). Dux *Emanuel Philiberius* anno 1559. regressus est ad bellum religiosum, & licet maxime afflictis illis supplicantibus, nihil effecerunt supplicationibus. In villam *S. Germani* noctu *Pedemontani* irrumpentes a viginti quinque *Waldensibus* desperate pugnantibus suaeque fortitudine iis terrorem iniicientibus repulsi esse dicuntur, reliqui incolae in vicinos montes aufugerant a). Comes quoque *de la Trinité*, quem postea miserat dux, in omnibus fere conflictibus inferior euasit. Sustentatus a quibusdam copiis *Gallicis* castellum *Villar* oppugnavit, ab incolis autem copiae eius cum insigni damno sunt fugatae, ingenti militum numero in fuga vel ferro vel in fluuiis pereunte, donec tandem plura castella dolo ac fraudibus tradita acceperit, vbi in incolae vehementissime facinuit. Anno igitur 1561. pacem iterum cum iis iniit dux *Pedemontii*, qua quidem publica tranquillitas restituta, crudelitates vero singulares non cessarunt. Hae vexationes crebrius repetitae sunt, atque in dies accreuerunt, quod hic vberius exponere proposito nostro aduersaretur b).

§. XXII.

Progredimur igitur ad seculum decimum septimum, quo Seculo XVII. admodum oppressos *Waldenses* obseruabimus. Vna enim serie hic recitabimus, quae acciderunt Christianis in vallibus *Pedemontanis* degentibus, licet permulti horum tum temporis fuerint *Caluinistae*, qui *Huguenotti* dicti, ex *Gallia* expulsi, de quibus deinde loquemur. Constituta erat noua societas *de propaganda fide & extirpandis haereticis* anno 1650. *Augustae Taurinorum*, quae missionarios in valles *Pedemontanas* ablegauerat ad conuertendos haereticos. Quo quibusdam imprudentibus inter *Waldenses* noxio religioni suae ac pactis

D

z) l. c. p. 27. a) l. c. p. 29. b) l. c. p. 33. seqq.

pactis contrario viso, de expellendis iis cogitarunt, quod igitur nocte quadam, licet maxime renuentibus praecipuis *Waldensium* doctoribus, fecerunt, domumque missionariorum accenderunt *e)*. Ecce exoptatam occasionem, quam dudum desiderauerant *Pontificii*, ad renouandas persecuciones! Comes igitur *Tedesco* copias in valles abduxit, & in castellum *Killar* repente irruere tentans, pluuia fusilia militum inutilia reddidisse dicitur, quamobrem cum ignominia redire se coactum vidit. Praeterea permulti *Pedemontari* spoliū cupidi ad arma concurrerunt; cum autem audirent, omnes *Waldenses*, qui arma gerere possent, se quoque ad bellum parare, de pace cogitarunt, quam ea conditione inierunt, vt domus missionariis restitueretur, & criminis huius auctores relegarentur. Facta illa sunt anno 1653. *d)*. Anno subsequenti eos valde oppresserunt, dispersiando multas copias & *Pedemontanas* & *Gallicas* per oppida vallis. Anno vero 1655. varios quaesuerunt praetextus, vt funditus delere possent dissentientes; fuerintne rationes allatae verae, an minus, nostrum non est, inquirere. Sufficit, ex omnibus patere, eos noluisse nisi extirpare eos, qui essent Pontificiae auctoritatis oppugnatores, & id, vt quilibet sine difficultate credet, incitatione clericorum. Mandatum igitur ipsis est, vt ii, qui praecipuas vallium *Pedemontanarum* partes habitarent, easdem & omnia bona sua desererent, vel ad missam *Pontificiam* venirent. Variis ac submississimis supplicationibus, quibus vltimo solum rogarunt, vt ipsis dilatio quaedam concederetur, ac vt prouinciis ducis exire permitteretur, quod iam ob hiemis tempestatem, praesertim in montibus, fieri nulla ratione possit, nihil obtinuerunt, vnde mandatis obedire coacti fuerunt *e)*. Aufugerunt igitur in montes, in quibus permanere ipsis concessum erat, aduersarii autem non solum oppida derelicta spoliarunt, verum etiam tentarunt, montes, quo miseri expulsi aufugerant, ascendere, vnde hi arma sumserunt, ac ipsis ascensum prohibuerunt. Irruperunt in alia loca, ibique igne, quod poruerunt, consumserunt, in multis locis a rusticis defendentibus ea

e) l. c. p. 72.

d) l. c. p. 77.

e) l. c. p. 92.

impediti. Tandem eos multis suauibus ac dulcissimis promissionibus & grauiſſimis aſſeuerationibus inuitarunt, vt iterum bona ſua a duce denuo conceſſa occuparent. Sed quanta fuerit perfidia, dici nequit. Plerosque enim crudeliſſima affecerunt morte. Horrenda ſunt atque infamia ſcelera & flagitia, quae ibi ab his Pontificis apoſtolis perpetrata eſſe perhibentur & ab ipsis *Pontificiorum* ſcriptoribus negari nequeunt *f*). Mens horrore inſigni perfunditur, dum facinora legit horribilia cogitatu nedum dictu, quae quilibet humanitatis caſtitaſque ſpeciem praec ſe ferens non poteſt non execrari atque deteſtari. Peiora ac inſteſtabilia a nemine excogitari poterunt, ac nullum vnquam in hiſtoriis deprehendere licet exemplum, quo talia ſint patrata. Haec fuit mens legiſlatoris ipſorum, Chriſti, menti e diametro contraria, quam tamen imitari ſpeciem habere volunt hi flagitioſi.

§. XXIII.

His nondum contenti fuerunt conuerſores, ſed in paruos Continuatio.
eorum coetus frequentiores fecerunt imperus, ſed parum ob paucorum hominum ipsis reſiſtentium fortitudinem profecerunt. Quinque enim duros & ipsis noxios imperus in villam *Roras* fecerunt, ſeptemdecim enim ruſticos eos ſemper cum maximo damno repulſiſſe, refert *LEGERVS* in *hiſtoria Waldenſium*, tandem villam quidem ſpoliantes & accendentes, ruſticis autem vitam ſeruantiſſimis comminationibus mandatum eſt. *Waldenſes* vero reſidui iterum ſe coniunxerunt, & quasdam in aduerſarios irruptiones fecerunt, quasdam recuperantes villas, & ingentem numerum hoſtium interficientes. *Reformati* vallium auxilium quoque naſti ſunt a *Reformatis Franciae*, & his ſuſtentati in crebrioribus conſictibus mirabiles habuerunt ſucceſſus, & superiores euacerunt, maxima pugnantibus deſperatione *g*). Tandem pacem obtinuerunt, medianibus aliis regibus & rebus publicis *Proteſtantibus*, praeterim ciuitatibus *Heluetiae* Euangelicis, atque priuilegia quaedam denuo ipsis ſunt conceſſa d. 18. Aug. eiusdem anni 1665. *h*); ſaepeius vero iterum violata & infracta, ac denuo arma ex vtraque

D 2

parte

f) l. c. p. 110. ſeqq.*g*) l. c. p. 186.*h*) l. c. p. 208.

parte sumta anno 1663. & 1664. donec pax denuo confirmaretur, medianibus rebus publicis *Euangelicis* i). Reliquas minores oppressiones praetergredimur, ne nimis prolixi simus. Quid de defensione armata *Waldensium* sit iudicandum, cuiuslibet ex praecedentibus facile patebit. Sed facilius asseri potest, eandem esse illegitimam, quam ab eadem abstineri, cum inhumanae & atrocissimae crudelitates in populum adeo innocentem exercentur. Dum felicissimum armorum successum horum afflictorum spectamus, id quidem certum, opportunitatem locorum defensionem & hostium prostrationem multo faciliorem reddidisse; sed id praeterea negari nequit, Deum quoque has defensiones ita direxisse, ne in damnum eorum, qui sinceræ sint mentis, & arma sumere horribilibus cruciatibus sint coacti, cedant, in confusionem & ignominiam potius aduersariorum, qui Deo oppressionem miserorum seruire, sibi que insignem felicitatis gradum mereri existimarunt. Accedit, quod ipse princeps exercitum contra eos miserit, bellum quasi iis indicturus, vnde nihil facilius fuit, quam vt arma contra hos sibi sumenda esse putauerint *Reformati* vallium.

Legerum in historia *Waldensium* ducem elegimus, licet ipse fuerit doctor *Waldensium*, cum ipse oculus praecipuarum crudelitatum & persecutionum fuerit testis, eumque praecipue secuti sumus in iis, quae documentis probat certis, cum saepissime & ipsa aduersariorum testimonia proferat ad probanda asserta.

§. XXIV.

Gesta *Bohemorum* annis
1419. & 20.

Iam ad bella *Hussitarum* in *Bohemia* gesta nos conuertimus. *Ioannes Hussus* in diuersis doctrinis a *Pontificiorum* sententiis discendens & in multis cum *Waldensibus* consentiens multos in *Bohemia* nactus est amicos & asseclas. Ipso autem cum *Hieronymo Pragensi* in concilio *Constantiensi* igne necato, & *Cardinali Iohanne Dominico* in *Bohemia* veniente, multosque *Hussitarum* puniente, magnæ atque turbulentæ ortæ sunt populi commotiones k). *Ziska*, nobilis *Bohemiae*, mortem *Hussii* vlturus, ducem eorum se exhibuit,

i) l. c. p. 253. k) l' *Enfant* hist. de la guerre des Hussites & du Concile de Basle P. I. p. 87.

huit, copias quasdam collegit, atque primum districtum *Pilsensem* sibi subiecerunt, ac adeo auctus est populi confluxus, ut prope montem *Tabor*, referente *Aenea Sylvio l)*, triginta mille, secundum alios *m)* quadraginta mille conuenerint ad accipiendam faceram *Synaxin* sub utraque specie. Aedificarunt urbem *Tabor*, ut sibi conuentus suos haberent, & arma victusque eo comportarent, unde deinde *Taboritae* sunt dicti *n)*. Deinde *Pragam* venientes, ibidem non solum monasteria & templa spoliarunt; id quod in omnibus locis, quo venerunt, ab ipsis factum; verum etiam magistratuum plerosque in curia congregatorum occiderunt *o)*. Mortuo interea *Wenceslao*, rege *Bohemiae*, vidua eius se recepit in castellum *S. Wenceslai*, ut ab insultibus turbulentorum esset secura, & copias contra *Ziskam* ablegauit, quae ab ipso sunt fugatae. Facta ea sunt anno 1419. *p)*. Anno 1420. *Sigismundus*, nouus *Bohemorum* rex, inducias cum ipsis fecerat quatuor mensium, sed audientibus *Taboritis* de mente *Sigismundi* ipsis inuisa arma receperunt, ac multas vrbes & arces expugnarunt, copiasque *Bobemorum* profligarunt. Neque minus quatuor mille equites ex *Silesia* pluresque aliunde ab Imperatore missos in fugam verterunt & plerosque interfecerunt. *Pragae* deinde multas arces obsederunt, crudeliter in *Pontificios* saeuientes. *Sigismundus* vltiores eorum progressus impediturus adduxit exercitum, ut fertur, plus quam centum quadraginta millium militum, & *Pragenses*, ut ipsum susciperent, hortatus est, sed repulsam ab iis tulit; unde *Pragam* obsidione cingere coepit, verum ubicunque cum *Taboritis* pugnauit, exercitus eius succubuit *q)*. Nouas ex *Moravia* adducens copias, ut arcem *Vissegradi Pragensis*, quam *Taboritae* obsessam tenebant, liberaret, non felicitior fuit, cum totus fere exercitus periret in pugna, atque *Taboritis* arx traderetur *r)*. Legatos *Hussitae* haud ita multo post ad regem *Poloniae*, *Iagellonem* miserunt ipsi regnum *Bohemicum* offerentes, qui vero illum honorem

A 3

re-

l) hist. Bohem. c. 36. p. 106. edit. opp. eius Basil. 1551. m) *P. Enfant*
 l. c. p. 91. n) l. c. p. 90. o) c. l. p. 96. 103. p) l. c. p. 102.
 q) *Syluius* c. 39. 40: l' *Enfant* p. 116. r) l. c. p. 133.

recufauit, iuri *Sigismundi* aliquid detrahere religioni sibi du-
cens r).

§. XXV.

Vsq̄ ad mor-
tem *Ziskae*.

Anno 1421. expugnatione urbium quarundam initium bel-
li fecerunt, vbi in incolas admodum seueri fuerunt, atque totam
regionem depraedati sunt, praesertim in monachos & sacerdotes
omnia crudelitatum genera exercentes t). *Czaslauiam* conuocarunt
comitia, ibidemque de gubernatione regni consilia ceperunt, *Si-
gismundum* eo penitus excludentes, quibus durantibus, viginti
mille *Silesii Bohemiam* ingressi, a *Ziska* autem ipsis obuium eunte
repulsi sunt u). Eodem anno nouum exercitum duxit *Sigismun-
dus* contra *Hussitas*, ac licet in expugnandis urbibus quibusdam, vt
Cutna & *Broda*, prosperos habuerit successus, in pugna tamen a
Ziska fusus est eius exercitus, ac ipse in *Hungariam* redire est co-
actus. Ortæ etiam sunt turbæ *Hussiticæ* hoc anno in *Moravia*, at-
que vario Marte vtrinq̄ue pugnatum est x). Anno 1422. *Tabori-
tæ*, *Sobieslauia* expugnata, in *Marchionatum Brandenburgicum*
irruerunt, vbi *Francofurtum* oppugnarunt, a ciuibus autem cum
insigni damno fugati sunt y). *Sigismundus Coributius* a duce *Li-
thuaniae* missus in *Bohemiam* venit, & a quibusdam pro rege agni-
tus, a multis autem reiectus est. Vnde armis sibi regnum subiu-
cere tentauit, & *Caroloftenium* oppugnare coepit, ob fortissimam
vero incolarum defensionem expugnare arcem non potuit. Electo-
res *Germaniae* interea *Sigismundo* Imperatori auxiliares copias mi-
ferant, quæ *Zatecium* obsidentes, & igne in castris eorum orto
turbatae ob oppugnatæ profligatae sunt, postquam insignem cla-
dem perpeffae erant z). Iam bella *Bohemi* in se inuicem gerebant,
Pragensibus Coributium pro rege agnoscentibus, *Ziska* vero dissen-
tiente, vnde anno 1423. praelium est commissum, in quo *Ziskæ*
copiae superiores euaserunt, aliud praelium *Graditii Pragensibus*
non minus infaustum fuit. Quo facto, *Pragenses* aperte bellum
indi-

1) l. c. p. 141. 2) *Sylvius* c. 44. *l'Enfant* p. 145. u) l. c. p. 160.
x) l. c. p. 172. y) l. c. p. 189. z) *Sylvius* c. 44. *l'Enfant* p. 490.

indixerunt *Ziskae*, & oppugnantes *Graditium* a *Procopio Raso* cum insigni strage in fugam versi sunt. Eodem anno *Ziska* in *Morauiam* & *Austriam* abiit, magnam *Morauiae* partem sibi subiiciens, in *Austria* vero non ita proficiens, in *Morauia* quoque multa ab episcopo *Olmutiensi* sunt recuperata a). *Ziska* enim arma contra *Pragenses* denuo ferre fuit coactus; anno igitur 1424. in *Bohemia* reuersus copias *Pragenses* in loca difficilia ductas fudit multaque milia eorum interfecit. Tum *Pragam* progressus, antequam eo perueniret, denuo fudit exercitum *Pragensem*, & eo perueniens pacem ab ipso incolae petierunt, quam obtinuerunt, & *Ziska* magno honore in urbem est receptus, *Coributius* autem a rege *Poloniae* domum reuocatus b). *Sigismundus* iam de subiicienda sibi *Bohemia* serio cogitans, *Ziskam* sibi conciliare tentauit, eumque, ut in *Hungariam* veniret, inuitauit. *Ziska* autem eo proficiens peste correptus obiit d. XI. Oct. anni 1424. c).

§. XXVI.

Ziska mortuo, *Bohemi* in tres partes abierunt, quibusdam, Post eius obi-
praesertim *Taboritis*, eligentibus ducem belli *Procopium Rasum*, tum,
aliis orphanos se appellantis neminem post *Ziskam* imperatoris
munere dignum existimantibus, *Orchiris* vero sibi *Krusnam* de *Lit-*
tenburg ducem constituentibus, contra communem vero hostem
coniunctis viribus egerunt d). Eodem tempore Papa *Martinus* V.
ad cruciatam expeditionem contra *Hussitas* suscipiendam eosdem-
que vel conuertendos vel extirpandos principes admonuit. *Cori-*
butius rediit in *Bohemia*, licet id rex *Poloniae* prohibuerit, re-
gnumque postulauit e). Anno 1425. dissensio ob doctores quos-
dam, qui a *Pragensibus* in vincula coniecti & euadentes ad orpha-
nos confugerant, inter duas has factiones erupit, adeo ut sibi in-
uicem bellum facerent, qua occasione vsi *Saxones* initio anni 1426.
irruerunt, a *Taboritis* vero profligati sunt. Haud ita multo post
aduenit exercitus centum millium militum, quem principes *Ger-*
maniae collegerant, qui in praelio commisso a *Bohemis* fusi, ac
per-

a) l. c. p. 195.

b) l. c. p. 202.

c) *Sylvius* c. 46. l. *Enfant* p. 206.

d) l. c. p. 214.

e) l. c. p. 215. 231.

permulti eorum perierunt, vnde *Taboritae* ad oppugnandas vrbes quasdam progressi sunt. Quo facto, nouas excursions in *Morauiam* & *Austriam* fecerunt vrbes quasdam subigentes, ac insigni crudelitate in incolas vtentes f). Anno 1427. *Pragenses Taboritas* vrbe expulerunt, & *Coributum*, (quibus rationibus ducti, non liquet) in *Poloniam* remiserunt. In *Silesiam* quoque irruerunt felicibus successibus, sed a *Silesis* post discessum eorum aeque in *Bohemia* excurrentibus fusi sunt g). Eodem anno se reconciliarunt dictae factiones cum *Pragensibus*, & coniunctis viribus exercitui *Germanorum* ab *Henrico de Vintonia* ducta obuiam iuerunt, qui aspectu solo *Bohemorum* territi fugae se dederunt, *Bohemis* eos persequentibus & innumeros interficientibus, quo facto *Colinum Procopius Rasus* sibi subiecit h). Anno 1428. crebriores excursions & in *Silesiam* & in *Morauiam* fecerunt more suo ciues crudeliter tractantes, de pace quoque cum *Sigismundo* egerunt, conditionibus vero ipsis non arridentibus, frustratae fuerunt deliberationes. Anno subsequenti denuo arma in *Lusatiam*, *Marchionatum Brandenburgicum* aliasque prouincias parum proficientes portarunt, anno 1430. vero feliciores fuerunt magnam *Saxoniae* partem subigentes & spoliantes i). Anno 1431. noua cruciata expeditione in comitibus *Norimbergensibus* decreta, collecta igitur magna manus, in *Bohemia*, duce *Friderico*, electore *Brandenburgico*, missa est, sed aeque ac alii exercitus mox *Bohemos* videntes fugae se dederunt cum insigni damno k). Post multas excursions & de pace consultationes concilium *Basleense* initium cepit, quo *Bohemorum* legati anno 1432. profecti sunt, sed sine effectu redierunt, & cum legatis a concilio missis frequentiora colloquia habuerunt l). Tandem post clades quasdam acceptas *Sigismundo* anno 1435. conditiones praescripserunt, quibus ab ipso acceptis, pax est restituta m). Si nobis iam licet, quaedam de hoc bello philosophari, id non nisi rebellionem in principes legitimos fuisse, de eo nemo dubi-

f) l. c. p. 232. seqq. g) l. c. p. 250. h) *Syluius* c. 48. l' *Enfant* p. 154. i) l. c. p. 267. seqq. k) l. c. p. 299. *Syluius* c. 48. l) l. c. c. 49. m) l' *Enfant* T. II. p. 32.

dubitabit. Ne erant quidem offensa a rege suo, cum *Wenceslao* id a multis culpae tribui solear, quod nimium ipsis fauerit. Cur igitur arma sumebant? Speciem quidem initio praese ferre volebant, se in ordinem sacrum solum inuehere, quia in concilio *Constantiensi* concrematus erat *Ioh. Hussius*. Sed quis ipsis ius hoc concesserat, & cur statim initio maximas in ipsum regem violentias exercuerunt, cur in omnes ciues ab ipsis dissentientes tanta crudelitate usi sunt? *Sigismundum* regem non agnouerunt, omnia haec sunt signa rebellionis, & ex coeco ardore suae religionis propagandae orta, quae nullo modo excusari possunt. Praeter id, quod defensio religionis armata ipsis non conuenerit, adsunt igitur rationes permultae, ob quas has turbas detestandas & bellum id iniustissimum fuisse arbitramur.

§. XXVII.

Ad *Gallor* iam redeamus, & videamus, quanta fuerint Persecutiones persecutiones *Protestantibus* in *Gallia* inductae. Exordiamur a tem- *Huguenot-*
poribus regis *Francisci II.* quo regnante dux *Guisensis* cum fratre *rum* annis
suo omnem operam nauauit, ad extirpandos *Protestantes*, praeci- 1562. & 1563.
pue cum princeps *Condatusis*, qui ut summum imperium apud
ducem esset, concedere noluit, reformatae religioni addictus esset,
vnde eos igne ferroque persequi, a rege mandatum. Licet igitur
causae harum persecutionum grauissimae essent politicae, nihilomi-
nus religionis pallio consilia sua tegebant, adeo ut & principem
Condatusensem, non sub specie solum criminis laesae maiestatis, ve-
rum & haereseos condemnauerint. Sed obitus regis consiliorum
executionem impediuit, multis tamen & virorum magnorum &
e plebe vel necatis vel patria expulsis n). Cum *Carolus IX.* regnum
adeptus esset, mandata antecessorum confirmauit, & cum nihil in
colloquio cum *Protestantibus* instituto profecissent, de libero reli-
gionis exercitio non solum supplicati sunt, verum etiam ope ar-
morum templa occupare tentarunt *Reformati*, vnde ipsis se extra
urbes congregare permissum est. Interea regi *Nauarrae*, *Antonio*,
qui hucusque religionem reformatam professus erat, magnis promissio-

E

n) *Jean de Serres* hist. de France P. II. p. 539. seqq.

missionibus persuaserunt, ut ad *Romanam* rediret, ne ad eum regressus habere possent *Protestantes*. Quos, cum licentia concessa vi vellent, *Parisiis* manu armata aggressi multos interfecerunt. Sic signum dederant belli inchoandi, *Protestantes* enim admodum oppressi arma sumebant, & quisque ubicunque poterat, occidebat & vastabat. *Caluinistae* omnes *Parisiis* expulsi se congregarunt, princeps *Condatensis* exercitum duxit, quilibet vrbes sibi conciliare vel subicere quaerens. Exercitus regis in praefectura *Aurelianensi*, quae principi suberat, aliisque multas vrbes expugnauit, & praelium commisit cum exercitu principis ipsi occurrente, quo *Victoriam* quidem reportauit, insignis tamen militum numerus periit. Tum *Aurelianum* ipsum obsidere coeperunt, quo vero durante, mortuus est dux *Guisensis*, filio ipsi successore, & *Protestantes* multas non minus occuparunt vrbes, ignem ferrumque longe lateque ferentes. In reliquis praefecturas emiserunt copias, sub aliis ducibus, qui vel vi armorum vel dolo omnes *Protestantes* eorumque bona insigni crudelitate tractarunt. Pax vero interea sancita, *Protestantibus* eadem non magnam accipientes libertatem. Gesta haec sunt annis 1562. & 1563. Insigni durantibus his confusionibus *Pontificii* crudelitate in *Protestantes* vsi sunt, quae vix minor dici potest ea, quam *Waldenses* perpessi sunt, nec mirum, cum ardor religiosus tantus sit apud *Pontificios*, ut, si possent, contra omnes homines ab ipsis dissentientes arma portarent, si quoque cum interitu generis humani id fieret o).

§. XXVIII.

vsque ad annum 1572.

Foedus anno 1564. sancitum inter regem *Galliae* & regem *Hispaniae* de extirpandis *Protestantibus*, quod *sanctum* vocarunt. Interea multis locis liberum religionis exercitium interdictum & seuerissime in *Protestantes* saeuitum, licet semper bonis verbis & splendidis promissionibus detinerentur, quod tandem anno 1567. commouit *Protestantes*, arma resumere, & paucis vrbibus occupatis, coram *Lutetia* apparuerunt, in praelio vero cum regis exercitu

o) l. c. p. 576.

citu commisso sunt profligati, & cum ibi nihil proficerent, *Lutetia* regressi sunt, & cum auxiliis ipsis adductis se coniunxerunt. Tum de pace agere coeperunt, sed his ea de re agentes nihil obtinuerunt, unde bellum continuatum. In quibusdam conflictibus superiores euaserunt *Protestantes*, unde iterum serio de pace cogitatum, quae, libertate *Protestantibus* denuo concessa, anno 1568. est confirmata, eodem autem anno iterum disrupta, vtrinque conquerentibus, pacificationi huic non satisfieri *p*). Vtrinque igitur bellum apparatus, & rex mandato indixit *Protestantibus*, se non toleraturum liberum religionis reformatae exercitium, multosque exulare iussit. Regina *Nauarrae* cum aliis aufugerunt, dux vero *Andegauensis* copias contra *Protestantes* duxit, qui sibi bene prospicientes vrbes multas munitas occuparunt. Exercitium educentes ad manus conferendum cum duce, crebrioribus conflictibus maximo damno pugnauerunt, licet & hostibus nonnunquam insignem intulerint cladem. Initio anni 1569. iterum conuenientibus copiis, *Protestantium* exercitus fusus, & eorum dux, princeps *Condatisensis*, in insignem *protestantium* afflictionem occisus est. *Henricum*, regis *Nauarrae* filium, imperatorem elegerunt, ipsi adiungentes *Henricum* principem *Condatisensem*. *Wolfgangus*, comes *Palatinus* & dux *Bipontinus* adduxit exercitum auxiliarem *protestantibus* vndecim millium militum, ac se post multas superatas difficultates cum iis coniunxit, febris autem correptus in copias suas imperium *Volrado* comiti *Mansfeldensi* tradidit. Quo facto, maiori quidem, admodum tamen inconstanti fortuna pugnauerunt, multas vrbes non minimi momenti occupantes & aduersariorum exercitum variis conflictibus imminuentes. Cum vero cum toto exercitu denuo manus conferrent, adeo fusi sunt, vt ingens militum numerus occisus & maxima pars dissipata sit, quam stragem securae sunt expugnationes plerarumque vrbiu. Postquam autem paululum se refecerant, quasdam recuperarunt, alias absque successu oppugnantes. Tandem de pace obtinenda solliciti fuerunt anno 1570. quam vero cum ipsis nihil concederetur, quod desiderabant,

E, 2

p) l. c. p. 640. seqq.

derabant, sed postulareretur, vt abstinerent ab omni religionis reformatae exercitio, relegarent ministros, & amplecterentur cultum *Pontificiorum*, reiecerunt, & armis maiores libertates obtinere tentarunt, donec eodem anno pactum inirent cum rege, quo duos annos retinebant quasdam expugatarum regionum q). Anno 1571. de nuptiis inter *Henricum* principem regium *Nauarrae* & *Margaretham Valesiam* actum. Hae fuerunt nuptiae adeo cruentae, vt inde nuptiarum sanguinarum nomen fuerint adeptae. Regina *Nauarrae* diem obiit *Parisis*, antequam solemnitates illae instituerentur, & dux militiae naualis *Coligny*, qui vnus principum inter *Protestantes* erat, & admodum fortiter & constanter pugnauerat, multis insignibus promissis eo erat inuitatus, multisque honoribus receptus, & ad secretiora regis consilia admisus. Nuptiae celebrari coeperunt, cum d. 23. Aug. anni 1572. tempore vespertino dictum classis praefectum missilibus appetuerunt sicarii quidam, & licet vulneratus, non tamen occisus est. Quae cum ad regem deferrentur, huius intentionis auctores seuerissime punire promisit, dux autem *Guisensis* aliique magnates stragem praepararunt miseris *reformatae* religioni addictis, & vt eodem die per totum regnum eadem institueretur clades iusserant, quod etiam d. 24. & 25. Aug. perfecerunt, quos *protestantes* esse sciuerunt, igne ferroque extirparunt, & domus bonaque eorum spoliarunt, adeo vt vno die multa millia hominum occiderentur. Insignem hanc crudelitatem rex approbavit, & suo iussu factam confessus est. *Henricum*, principem *Nauarrae* & principem *Condansensem* multis comminationibus coegerunt, vt redirent ad *Pontificiam* doctrinam, quam hoc modo satis euidenter diuinam esse comprobauerunt, vt forte putarunt r). Hoc forte conueniens fuit pactis & iuramentis solemnibus, quibus his miseris securitatem promiserant. Sed fides haereticis non est seruanda. Haec est regula abominanda *Pontificiorum*, quae nec legibus diuinis nec sanae rationi conformis, Forte hae leges, si religioni ab ipsis effectae conducit, nihili sunt faciendae. Hoc hominibus non omni ratione destitutis nunquam persuadebunt.

§. XXIX.

q) l. c. p. 660. seqq. r) l. c. p. 689. seqq.

§. XXIX.

Nuptiis his ita finitis, arma denuo portarunt in vrbes & vsque ad an. 1588. prouincias, quae *protestantibus* suberant, quarum praecipuas omni, qua fieri potuit, constantia defenderunt & conseruarunt, quibus tum liberum religionis exercitium concessum, reliquis manere quidem in domiciliis suis, non vero exercitium religionis publicum permissum. His concessionibus non fuerunt contenti *Protestantes* in *Occitania*, *Prouincia*, *Delphinatu* & *Lugduno* habitantes, praesertim cum non absoluerentur necati *Parisis* scelere conspirationis in regem. Bellum igitur in his praefecturis iterum erupit, princeps quoque *Condatusis* nouis offensus iniuriis suam in praefectos regni indignationem publice testatus est, & *Protestantes* omni fortitudine suas defenderunt partes, quo durante, mortuus est rex *Carolus IX.* anno 1574. successorem habens fratrem *Henricum III.* ducem *Andegauensem*, quo absente, cum esset *Poloniae* rex constitutus, mater regis, quae sub antecessoribus regnum fere totum gubernauerat, bella continuari iussit. Adueniente nouo rege, libertatem conscientiae ipsis liberum & publicum religionis exercitium desiderantibus concessit. Post noua conamina de pace supplicati sunt *Protestantes*, sed cum non omnia, quae desiderabant, ipsis concederentur, & promissis regis adhuc diffiderent, in prouinciis supra dictis turbae non cessarunt, & regius exercitus in *Delphinatu* insignem cladem passus est. Dux *Alenconensis*, regis frater germanus, indignatus *Parisis* recessit, & regnum in statum pristinum restituere promisit. Principi *Condatusi* ab electore *Palatinatus* ac ex aliis *Germaniae* prouinciis mittebantur auxilia, & duci *Alenconensi* summum in copiis *protestantium* imperium tradebatur. Sed nouis de pace anno 1576. publice promulgatis mandatis, insignia *Protestantibus* concessa sunt priuilegia, eorumque ducibus insignes honores. Quae, ut plerumque fieri solebat, non nisi nouis querelis de infracta pace concessa ansam praebant. Post multas deliberationes & congregationem statuum imperii bellum denuo exordiri decretum, & anno 1577. susceptum, post quasdam haud magni momenti occupationes rex ipsis iterum pacem anno 1578. concessit, quae

E 3

s) l. c. p. 709. t) l. c. p. 735. &c.

quae ipsis non aequè proficua fuit ac illa anni 1576. i). Eodem anno constitutum, & sequentibus confirmatum est foedus, cuius caput fuit dux *Guifensis*, sub specie quidem praecautiois, ne *Protestantes* multiplicarentur, neque sibi vrbes *Galliae* subiectas tenerent, sed reuera ea intentione, vt regno potiretur domus *Guifensis*, praesertim cum rex filios non haberet; quo rex territus libertates *Protestantibus* concessas reuocauit, & bellum denuo erupit anno 1586. Nam rex copias misit in illas prouincias, vbi plurimi erant *Protestantes*, ipsis iniungens, vt amplecterentur cultum *Pontificium*, & nullae supplicationes subditorum, neque intercessionès principum alienorum regem a proposito auertere poterunt, cum foederati in ipso cum magis magisque confirmarent. Vterque exercitus vrbes sibi subiecit munitas, & praelio exercitus regius fusus atque prostratus, sed ex altera parte auxilia ex *Germania* ipsis adducta repulsa & maximam partem deleta. Haud ita multo post febre correptus princeps *Condatusis* anno 1588. obiit. Interea foederati ulterius progrediuntur in proposito sui executione, & dux *Guifensis Lutetiam* occupat, introducens copias suas, insidiatur quoque regi, qui vero malitiae eorum effugit. Tandem reconciliantur cum rege, se nunquam cum haereticis pacem initorum, promittente, vnde continuantur bella intestina, & rex *Nauarrae* a successione regis excluditur. Duce vero *Guifensi* denuo malam suam prodente intentionem, iussu regis cum fratre suo est interfectus, quo quidem auctor seditionis sublatas, sed seditio ipsa non oppressa, vnde inducias facere cum rege *Nauarrae* fuit coactus, & ab ipso auxilium petere contra communes regni hostes infensissimos. Sed in medio harum turbinum decessit rex *Henricus III.* successorem habens *Henricum IV.* regem *Nauarrae* u).

§. XXX.

Sub *Indonico*
XIII.

Quae deinde inter seditiones nouumque regem gesta sint, hic referre, nostro proposito non conuenit, cum sola bella ob religionem gesta exponamus. Compositum est illud bellum regressu regis ad religionem *Pontificiam*, quo facto, pleraeque vrbes in subiectionem regis redierunt, reliquae armis iterum subactae. Concessit

u) l. c. p. 771. seqq.

cessit tum *Henricus IV.* mandato illo famoso *Nannetensi* anno 1598. *Protestantibus* liberum religionis suae exercitium. *Ludouicus XIII.* parenti occiso successit anno 1610. atque vt *Protestantium* animos sibi conciliaret, parentis mandatum confirmauit, ac pro aeterno & nunquam reuocando aequae ac pater declarauit. Tranquille igitur vixerunt vsque ad annum 1621. quo *Pontificiis* religionis exercitium in prouincia *Bearnensi* restitutum, qui, vbicunque fieri potuit, *Protestantes* oppresserunt. Qui illud indigne ferentes *Rupellae* conuentum habuerunt, quid agendum, deliberantes, quod rex pro rebellionis consilio declarauit, eoque persecutiones ipsis inflictas excusauit. Regis igitur copiae prouinciam *Bearnensem* occuparunt, atque rex ipse in prouinciam *Guicnensem* abiens plebrasque *Protestantibus* mandato *Nannetensi* concessas vrbes expugnauit, *Montem Albanum* vero subiicere sibi ob incolarum fortitudinem nequiuit. In reliquis prouinciis interea non minus vehementer in *Protestantes* saeuierunt, atque *Parisis* plebs mortem ducis de *Mayenne* vindicatura *Reformatorum* bona spoliavit, & domus accendit, donec a rege feditio illa comprimeretur. Anno 1622. ea, quae interea receperant *Protestantes* reliquasque prouincias, praesertim *Occitaniam*, subegerunt, tandemque *Monte Peffulano* pax est sancita a rege, qua mandatum *Nannetense* denuo confirmatum x). Post multas *Protestantium* de pace variis occasionibus infracta querelas anno 1625. ipsi *Protestantes* castellum quoddam destructuri prope *Rupellam* situm nouo bello occasionem dederunt, quod anno 1626. pace restituta est compositum y).

§. XXXI.

Regnante denique *Ludouico XIV.* insignes persecutiones ^{Sub Ludouico} perpeffi sunt *Reformati*. Ille enim anno 1685. omnibus dissensionibus mutationem religionis sub comminatione crudelissimum cruciatuum mandauit, edictum *Nannetense* reuocauit, & omni solertia, ne regno egrederentur, prohibuit. Tum *Pontificiis* assentire doctrinis reculantibus inauditis fere supplicii cogere tentauit. Rex, qui in mentem induxerat, non nisi vnicam tolerarq

x) Continuat, de l'hist, de France de *Mezeray*. T. I. p. 186. seqq. y) l. c. p. 243.

rare religionem, id pendendo & comburendo efficere voluit z). Parum vero profecit, quod ipsi scriptores Pontificii consentunt, atque permulti occasionem inuenerunt, regni limitibus excedendi, vnde subditorum numerus admodum est diminutus. Profugos quidem anno 1698. reuocauit, sed id expresse iubens, vt non nisi Pontificiam publice exercerent religionem a). In vincula coniecti semper adhuc in iis detinebantur, aliisque de religione reformata suspectis insignes sufferendae erant calamitates, quas vterius describere, propositi ratio non permittit b). Considerans narrata facile obseruabit, admodum iniusta fuisse bella in miseros istos gesta, licet id non diffiteamur, oppressos ipsos in eo male egisse, quod saepius arma contra regem suum sumserint, quod interdum ob rationes solum exiguas factum.

§. XXXII.

Bella Belgica
vsque ad an
1569.

His bellorum ob religionem gestorum exemplis tandem *Belgium* illud addimus, quod tandem *Belgii* diuisionis fuit causa. Iam sub *Carolo V.* qui & *Hispaniam* & *Belgium* possidebat, mox post reformationem a *Lutero* inchoatam mandata a *Carolo* in *Belgio* sunt promulgata, quibus omnibus interdictum, ne a religione *Pontificia* desciscerent cum comminatione grauissimarum poenarum, quae iis quoque, qui suspicionem dubitationis de religione faciebant, sunt inflictae c). Anno 1550. *Carolus* iudicium inquisitionum, quale in *Hispania* a *Ferdinando Catholico* constitutum erat, in *Belgio* erigere, nouosque Archiepiscopos & episcopos denominare, constitutum habebat, quod priuilegiis ac pactis cum principibus a *Belgis* initis contrarium, vnde continuae supplicationes ad regem factae, vsque ad tempora *Philippi II.* successoris *Caroli*, ac vrbes quaedam nouos archiepiscopos agnoscere recusabant, multo minus inquisitioni subicere prouincias d). In hoc proposito autem rege persistente, se coniunxerunt plures quam quadringenti nobiles, vt impedirent, ne quid rei publicae noxium introduceretur, quod *Margarethae*, gubernatrici principi, indicantes de abrogandis mandatis illis supplicati sunt. Nihil vero his obtentum, vnde ii, qui

Refor-

z) l. c. T. II. p. 336. a) l. c. p. 416. b) l. c. p. 419. 458. c) *Mémoires* hist. Belg. T. I. edit. germ. anni 1610. p. 23. d) l. c. p. 70.

Reformatæ erant religionis, in campis conuentus habebant arma ducentes, vbi sermones sacri instituebantur e). Populus imagines sanctorum aliasque multis in locis deiciebat, & altaria vastabat, quo factò, milites contra turbulentos missi, & reformati aliique se ad defensionem armarunt. Oppugnare igitur coeperunt *Hispani Valentianæ*, vbi multi tum dicti haeretici erant, & cuius ciues recusauerant, milites novos in urbem introducere, quibus reliqui *Geusæ*, vt appellantur, in auxilium properarunt, ab Hispanis autem sunt profligati, vrbs capta & principes aliique ciuium interfecti. Princeps *Arausionensis* non minus milites conducebat se ab injuriis *Hispanorum* securum non credens, *Antverpia* autem, quae se omnium maxime mandatis regis opposuerat, se subiecit regi. Nobiles coniuncti *Belgium* desererebant, multis tamen eorum captis & interfectis. Haec facta erant vsque ad annum 1566. f). Subsequenti anno decreuit rex, summo rigore erga *Belgas* vii, atque ducem *Albensem* cum copiis eo mittere, qui *Bruxellis* d. 22. Aug. aduenit, omnes copias suas in vrbes distribuit, mandata regis innouauit, auctoritatem iudiciorum *Belgicorum* aboleuit, & iudicium constituit sanguinarium, summa crudelitate erga omnes, quos a doctrinis *Pontificiis* alienos putabat, vtens. Comites, nobiles, ciues innumeri condemnabantur, nec pepercerunt iis, qui haeresi abiurarunt. Multi aufugerunt, quidam in siluas se receperunt, ibidem in omnes transeuntes *Pontificios* irrumpentes, eos spoliantes & occidentes. Licet dux milites contra eos miserit, plerique tamen aufugerunt. *Ludouicus*, comes *Nassouiensis*, cum copiis suis quaedam castella occupauerat, vnde ipsi obuiam missus est comes *Arenbergensis* cum exercitu, qui vero ab iis interfectus, & eius copiae profligatae sunt, millibus & sexcentis occisis g). *Calendis Julii* anni 1568. multos nobiles *Belgii* dux *Albenis* capite plecti iussit & diebus sequentibus iisdem poenis perrexerunt, & comitem ipsum ab *Egmond* & *Horn* condemnarunt. Deinde ipse contra *Ludouicum* profectus eius exercitum fudit & maximam partem deleuit h). Principe *Arausionense* adueniente, ipsi obuiam iuit, eiusque copias fudit, vnde princeps in *Galliam* abiit,

F

vt

e) l. c. p. 98. f) l. c. p. 107. g) l. c. p. 129. h) l. c. p. 144.

vt protestantes contra regem defenderet, mox vero a militibus sollicitatus in *Germaniam* redire coactus fuit *i*).

§. XXXIII.

vsque ad a.
1574.

Dux de *Alba* omnia nunc subiecisse putans eo maiori rigore & seueritate regnauit, vnde permulti & mercatores & artifices in alias regiones se contulerunt, donec anno 1570. condonatio omnibus ciuibus, quibusdam praecipuorum rebellium exceptis, nunciaretur, Princeps *Arausionensis* classem sibi comparauit, atque omnes *Hispanorum* & *Belgarum* naues spoliauit, multis praedatoribus eius classi ob opima spolia se adiungentibus *k*). Cum dux *Albensis* tum temporis ciues nouis indictionibus premeret, facile fuit *Geusis*, anno 1572. *Briellam* occupare, quo simul portum commodum obtinebant, & contra *Hispanos* illam recuperare tentantes defendere. Felices habebant successus in perdendis *Hispanorum* nauibus, *Rotterdamum* & *Delphi Hispanis* obedire amplius nolebant, prior tamen vrbs dolo ab iis occupata est. *Dordracum* tradebatur principi *Arausionensi*, aequae ac *Zutphania*, *Hardeuicum*, *Lugdunum*, pluresque aliae minores vrbes. Eodem anno totam prouinciam *Hollandiae* praeter *Amstelodamum* paucaque alia *Geusae* expugnarunt & a ducis tyrannide liberarunt *l*). Quo facto princeps regem *Galliae* inuadere in *Belgium* inuitauit, quod quidem promisit, sed ob turbas in *Gallia* ortas id efficere impeditus est. Comes *Nassouienfis* *Montes Hannoniae* expugnauit, quam vero duci *Albensi* eam oppugnanti restituere ipsum oportuit. Quo facto aliae vrbes principi deditae duci se iterum subiecerunt, quarum quaedam crudelitatem eiusdem satis expertae sunt. *Goesa* a *Geusis* obsessa ab iis expugnari non potuit, *Zutphania* a duce recuperata, & *Harlemum* post difficilem satis oppugnationem *Hispanis* tradita, more suo maximam crudelitatem exercentibus, *Alemariam* vero in casum obsederunt. *Middelburgum* post diurnam obsessionem tandem & multos cum *Hispanis* eam liberaturis conflictus, quibus hi inferiores discesserant, principi *Arauf.* tradita est anno 1574. *m*). Finem versus anni praecedentis dux *Albensis* regis iussu in *Hispaniam* redierat, successorem in *Belgio* nactus *Ludouicum Requescentium*.

§. XXXIV.

i) l. c. p. 153. *k*) l. c. p. 161. *l*) l. c. p. 177. *m*) l. c. p. 194.

§. XXXIV.

Nouus ille Belgii praefectus ea recuperare tentabat, quae usque ad a. dux *Albensis* perdiderat, verum sine successu. Comitem *Nassouiensem* 1583. cum copiis ex *Gallia* adductis fudit, ipsumque cum duobus millibus interfecerunt. *Lugdunum* diuturna obsidione pressam sibi subiicere nulla ratione potuit, alias vero vrbes minores recuperavit. Anno 1575. *Bredae* de pace cum rege incunda actum, cum vero nihil, quod sibi proficuum videretur, obtinere possent princeps *Araus.* eiusque foederati, in cassum laborarunt, vnde reginam *Angliae*, vt *Belgas* sub suam protectionem reciperet, rogarunt, quae vero id recusauit n). Vnde bellum est continuatum, atque *Hispani Scaldiam* magna difficultate recuperarunt, quo facto, anno 1576. *Ludouicus Requescentius* obiit, & Belgii gubernatio a rege statibus prouinciarum reddita est o). Prouinciae *Brabantiae* & *Flandriae* hoc anno se contra gubernatores *Belgii* armarunt, cum gubernatio *Belgii* ipsis minus arrideret. *Hispani* rebelles *Antwerpiam* & *Traiectum* ad *Mosam* a rege desciscere nolentem ingressi ac spoliarunt insignes opes reportantes. Interea *Gondaui* de pace principem inter & status actum ac decretum, statibus prouinciarum omnem auctoritatem, quam antea habuere, reddi, principem eas prouincias, quas occupauit, nomine regis *Hispaniae* regere ac omnes expulsos restitui debere, quod a rege confirmatum p). Anno eodem in *Belgium* venit *Ioannes Austriacus* a rege missus, qui se hostem publicum statum declarauit, nec tractatus *Gondauienses* exsequi voluit, nisi antea religio Pontificia sola restitueretur. Tandem a rege mandatum, vt omnes *Hispanicae* copiae *Belgio* excederent, & *Ioannes Austriacus* gubernator *Belgii* agnosceretur, quod & factum. Ipso vero in hac dignitate confirmato, nouo bello occasionem dedit minuendo iura statuum, & conducendo copias *Germanicas*, vt sibi subiiceret vrbes, quibus libertas erat concessa. *Antwerpiam* atque *Namurcum* copiis suis occupauit, vt eo melius milites ex aliis regionibus introducere queat, arcem vero *Antwerpiensem* sibi conseruarunt status Belgici, qui & *Bergas* ad *Zomam* aliasque vrbes in suam obedientiam receperunt, regem de reuocatione *Ioannis* supplicantes. Qui vero se magis ad bellum praeparans status commouit, ad demoliendas arces *Antwerpiensem*

F 2

n) l. c. p. 243.

o) l. c. p. 280.

p) l. c. p. 295.

sem & Gondauensem, & principem gubernatorem *Brabantiae* elegerunt q). *Ioannem* hostem *Belgarum* declararunt, & pactum cum regina *Angliae* inierunt, nec non *Matthiam*, archiducem *Austriae*, qui nobilium quorundam persuasione eo peruenerat, summum *Belgii* gubernatorem constituerunt, ipsi principem *Araus*, pro vicario summo dantes. Quo inductus *Iohannes* statibus bellum indixit munitus priuilegiis Pontificis *Rom.* de obtinenda salute aeterna, dum *Belgas* subigeret, atque copias *Belgarum* fudit, multasque vrbes occupauit, *Belgis* *Amstelodamum* sibi conciliantibus, & *Campanam* atque *Deuentriam* expugnantibus r). Status prouinciarum denuo leges sancierunt de religione & gubernatione prouinciarum, atque nouas copias conduxerunt, cum duce *Andegauensi* pactum fecerunt, vt ipsis auxilia adduceret; quo inductus *Ioannes Austriacus* pacem ipsis proposuit, quam vero recularunt, archidux *Austriae* vero & status *Belgici* pacem religiosam publicarunt, qua dissidia inter ipsas prouincias orta, quibusdam partes statuum deserentibus. Eodem anno nimirum 1578. *Ioannes Austriacus* diem suum obiit, ipsi *Alexandro Farnesio*, principe *Parmensi* succedente s). Operam nauarunt status *Belgici* de reconciliandis prouinciis, parum proficientes, cum hae regi *Hispaniae* se denuo subiecerint, unde prouinciae reliquae foedus inter se firmarunt de defendenda libertate summo ardore, atque hanc ob rationem foederatae dictae sunt, principe *Parmensi* in subigendis vrbus occupato. Praecipua, quam anno 1579. expugnauit, fuit *Traiectum* ad *Mosam*. *Coloniae* hoc anno institutae de pace deliberationes inutiles fuerunt, quia *Belgis* conditiones praescriptae minime arriserunt t). Decreuerunt igitur, *Franciscum* ducem *Andegauensem* & *Alenconensem* dominum suum agnoscere, atque ipsum prouinciis foederatis praeficere, quod &, praescriptis ipsi limitibus, quas excedere ipsi non liceret, fecerunt, & archidux *Matthias* in *Germaniam* rediit, quo facto, dux bellum in *Hispanos* continuans felices in expugnandis subiiciendisque vrbus fecit progressus, atque *Pontificiis*, postquam ipsi iusurandum obedientiae praestiterunt, liberum religionis exercitium concessit, quae facta anno 1581. Cum autem anno 1583. sibi summam atque absolutam potestatem arrogare quaereret, consilia eius fortitudine ciuium sunt detecta & impedita,

q) l. c. p. 319.

r) l. c. p. 355.

s) l. c. p. 383.

t) l. c. p. 419.

pedita, quod *Belgar* admodum terruit, tandem vero cum ipso de reconciliatione egerunt. Ipse vero in *Galliam* rediit, cum dissensiones quaedam cum duce agere status prouinciarum impedirent u).

§. XXXV.

Post ducis discessum maxime dissenserunt, cuius sit gubernatio prouinciarum tradenda, duce, qui se *Belgis* infensum reddiderat, ius suum in *Belgium* maxime urgente. Interuenit vero obitus ducis *Andegauensis* anno 1584. atque haud multo post princeps quoque *Arausionensis* est occisus ab homine ab *Hispanis* eum in finem conducto x). Filius ipsius *Mauritius* post ipsum gubernator *Hollandiae* est constitutus. His occasionibus usus est princeps *Parmensis* ad prosequendas expugnationes suas, quod felici quoque fecit successu y). Regi tum *Galliae Belgium* tradere decreuerunt, qui vero ob intestinas turbines id recusare fuit coactus, unde reginam *Angliae* elegerunt, cui subicerentur *Belgicae* prouinciae, quae ipsi quidem assistere auxiliis promisit, regimen *Belgii* vero suscipere noluit. Copias igitur misit in *Belgium* duce comite *Lyncester*, cui solum directio rerum bellicarum dabant. Cum autem ob insignes progressus, quos *Hispani* fecerant, animaduernerent, non posse rem publicam consistere atque se conseruare, nisi ipsi belli peritus praeficiatur, antequam cum regina *Angliae* conuenire possent, *Mauritium* comitem *Nassoniensem* gubernatorem prouinciarum *Hollandiae*, *Seelandiae* & *Frisiae* constituerunt. Adueniente vero comite *Lyncester*, ipsi delatum est munus summi gubernatoris omnium prouinciarum. Cum vero accusaretur, quod iuribus statuum aliquid detrahere quaereret, in *Angliam* profectus est haud obscuras notas mali erga *Belgar* animi post se relinquens z). Licet anno 1587. in *Belgium* redierit, ut eo melius res belli administrentur, magis magisque tamen dissensiones auctae, & tandem a regina reuocatus gubernationem *Belgii* resignare ipsum oportuit. Quo facto, res publica per collegium statuum est gubernata a), & nunquam sub obedientiam *Hispanorum* redigi potuit, licet bellum multos adhuc annos fuerit continuatum, quod hic ulterius exponere nostrum non est, cum temporibus subsequenibus bellum solum ad tuendam rem-

Vsq̄ ad a.
1587.

u) l. c. p. 467, x) l. c. p. 483. y) l. c. p. 606. z) l. c. p. 920. a) l. c. p. 726.

publicam non ob religionem gereretur. Ad bellorum *Belgicorum* indolem si attendimus, id certum est, religionem causam harum turbinum fuisse. Persecutionem dissentientium ab *Hispanis* factam omnibus iuris naturae & diuini legibus contrariam esse, certum est. Quid vero de defensione armata sit iudicandum, alia res est. Id constat, *Belgas* non proprie arma sumisse ob religionem defendendam, sed ob iura sua ac priuilegia persecutione religionis laesa vindicanda, quae tanta erant, vt in rebus tam grauis momenti regi sine consensione statuum rei publicae nihil suscipere liceret, atque ob graues priuilegiorum laesiones sibi ius seruauerint, regem auctoritate sua priuandi, quod monet saepe laudatus *Emanuel a Meteren* c). Praebuerintne haec iura legitimum ius subditis, arma contra regem sumendi, aliis decidendum relinquimus. Si verum est, quod proverbio dici solet: *Exitus acta probat*, prosper successus iustitiam armorum *Belgicorum* satis superque probaret.

§. XXXVI.

Conclusio.

Possimus plura adhuc exempla bellorum ob religionem propagandam gestorum referre, nisi dissertationis limites excederemus. Nota sunt, quae ab *Hispanis* in *America* gesta de conuertendis gentibus, aliaque. Possimus, si liceret, addere grauissimarum persecutionum innumera exempla, quo pertinent insignis seueritas in prestantes *Silesiae*, *Bohemiae*, *Hungariae*, *Palatinatus*, *Poloniae*, *Angliae* & *Hiberniae*. Sed illa a nostro proposito sunt aliena, ac potius ad historiam referuntur ecclesiasticam. Dicta igitur sufficiant, ac ad tolerandos errantes, atque ut modo legitimo, doctrina nimirum institutione & exemplo religionem veram propagemus nos determinare possunt. Si iis mediis legitime vsi fuerimus, id effectum erit, quod sine damno veri cultus Dei in eo maiorem illustrationem religionis, oppressionem superstitionis & errorum, atque in aliorum salutem fieri poterit, quod ex animo optamus atque precamur.

b) l. c. p. 68.

FINIS.



PRAESTANTISSIMO ATQVE AESTVMATISSIMO

SCHAELERO

S. P. D.

PRAESES.

Litteras ad TE daturum mihi optimum visum, quaedam de destinatione dissertationis huius historicae exponere, ne cui superflua ea videantur, quae ad Philosophica confirmanda permultum faciunt. Historica doctrinis insignem affundere lucem, & multos, praesertim methodo solidiori parum aduetos facilius conuincere, nemo hominum ingenia saepius magis ex exemplis quam argumentis iudicantia perspecta habens in dubium vocabit. Dum persecutiones consideramus ob religionem multis illatas, modosque innumeros, quibus coactio ista instituta, ipso, quem ii iniiciunt, horrore ad ea detestanda & abominanda commouemur. Perpendens omnia a nobis exposita bella religiosa, atrocissima crimina atque flagitia in iis commissa esse, deprehendet, quae, licet ad rationem belli iniustam dicendam non sufficiant, de animo tamen persequentium testantur, neque ardorem in promouenda gloria diuina & diuulgandis verae religionis praeceptis sed odium viperinum in omnes dissentientes produnt. Si per dissertationis molem licuisset, de quolibet bello sigillatim ostendi potuisset, quatenam fuerint rationes, praeter generatim probatam iniquitatem, iniustitiam horum bellorum clarius adhibere ob oculos ponentes. Defensionis armatae religionis erga magistratus proprios exempla haud ita manifeste iniustitiam produnt, facileque nobis a subiectione erga magistratus ipsiusque debita obedientia vel actiua, vel, si illa praestari nequit, passiuam abstrahentibus & misericordia erga afflictos ductis probare se potest, nisi id aperte in oculos incurrat, seditiosos homines non nisi exiguis rationibus commotos & religionis specie vsos ad arma concurrisse. Interea historica id manifestum faciunt, in plerisque ca-


G

sibus

sis alias vias euitandi pericula imminetia adfuisse; in iis vero, quibus nullae aliae patent, multum faciunt ad excusandos homines, qui crudelissimis expositi cruciatibus in solis armis salutem fore arbitrati sunt. Sed ne epistolae limites transgrediar, ad TE redeo. Nemo, cui innotuisti, id ignorat, quanta assiduitate & solertia scientiis operam nauaueris. Postquam liceo Hirschbergeniensi valedixeras publica disputatione, in qua varia argumenta ad exegezin & litteras humaniores pertinentia erudite sunt discussae, in celebrem Lipsiensem concessisti academiam, vbi praesertim elegantioribus litteris operam dedisti. Sed mandato regio obtemperaturus musas Halenses cum Lipsiensibus commutasti sine vlla vel assiduitatis vel morum mutatione. Ex quo enim TE cognitum habui, animum in TE perspexi sincerum & integrum, TEque eo magis non potui non amare, quo plures crebriori atque propinquiori commercio virtutes praeclaras in TE deprehendere licuit. Defensionem iam suscipis dissertationis historicae, qua ea TE esse confirmaturum praeuideo quae non laudabiliter magis quam vere de TE scripsi. Omnes, qui TE norunt, TE in defendendo strenuum expectant, qualem TE certe videbunt. Doctrinas, quas solide didicisti, in posterum quoque vita moribusque certissime confirmabis, TVAEque industriae fructus ciuitas Christi orbisque eruditorum percipient. Me amare nunquam non pergas etiam atque etiam rogo eo contendens, vt, quantum fieri potest, officii TE demerear. Vale. Dabam in acad. Frider.

XI. Cal. Mai. MDCCLII.





FF 3373

ULB Halle

002 188 97X


3




Sb.


V317 Ant.







DISSERTATIO HISTORICA
DE
PROPAGATIONE
RELIGIONIS ARMATA,

QVAM
D APR. MDCCLII.
PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI
H. L. Q. C.
SVEMITTENT
P R A E S E S
GOTTHILF TRAVGOTT
ZACHARIAE
PHILOS. ET LIBERAL. ART. MAGISTER,
ATQVE
RESPONDENS
IOANNES GOTTLIEB SCHAELEK,
HIRSCHBERGA - SILESIVS
SACK. LITT. CVLTOR.

HALAE MAGDEB.
EX OFFICINA HILLIGERIANA.